№* 2114.25

THE TRUSTEES OF THE PUBLIC LIBRARY
OMNIVM
LVX
CIVIVM
OF THE CITY OF
BOSTON
1852
1878

SPECIMEN HISTORICUM

TYPOGRAPHIAE ROMANAE

XV. SAECULI

OPERA ET STUDIO

P. FRANCISCI XAVER. LAIRE

SEQUANO-BURGUNDI

IN FAMILIA MINIMORUM S. T. LECTORIS

Et Serenissimi Principis

DE SALM SALM BIBLIOTHECARII

+ 2114 : 25

ROMAE MDCCLXXVIII.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI.

PRAESIDUM FACULTATE.

34 37

54509

PETRO . ANTONIO . CREVENNAE
DOMO . MEDIOLANO
NEGOTIATORI . MAGNARIO
IN . CONVENTV . ET . EMPORIO . AMSTELODAMENSI
QVI
HONESTATEM . VTILITATI . PRAEFERENS
ET . IVSTO . QVAESTV . CONTENTVS . POTIVS . QVAM . SATIVS
MAGNIS . MERCIBVS . EXPORTANDIS . INVEHENDISQVE
HVMANAE . SOCIETATIS . BONO . CONSVLIT
COMMERCII . AMPLITVDINEM . SECVRITATEM . ET . FAMAM
BONA . FIDE . INTEGRAVIT
HINCQVE . PROPITIAM . SORTEM . SEMPER . EXPERTVS
PROBATAS . OPES . SIBI . QVAESIVIT
QVIBVS . SIC . AFFLVXIT
VT . EAS . LIBERALITER . ET . MODESTE . EXPENDERIT
MVLTIS . SINE . VANITATE . IMPERTIVERIT
AC . PRAESERTIM . IN . PARANDIS . RARISSIMIS . LIBRIS
ET . IN . ELABORANDO . EXCVDENDOQVE
EORVMDEM . ACCVRATISSIMO . CATALOGO
QVEM
LITTERARIA . RESPVBLICA . PLAVDENTER . EXCEPIT
SVMMA . CVM . LAVDE . INSVMPSERIT
IOSEPHVS . ANTONIVS . MONALDINIVS
BIBLIOPOLA . ROMANVS
DISSERTATIONEM . DE . TYPOGRAPHIA . ROMANA
AERE . SVO . EDITAM
VIRO . HERMATHENAM . REFERENTI
ET . DE . SE . OPTIME . MERITO
LIBENTI . MVNERE . OBFERT

AUCTOR LECTORI.

NUllum ſane inventum arte Typographica praeſtantius, nullum generi humano optabilius accidere umquam potuit. In memoriam revocemus triſtiſſima illa tempora, in quibus univerſa doctrina fugitivis verbis, ſcriptiſque facile perituris continebatur; tum incertum illum, atque labilem cogitemus litterarum ſtatum, qui olim obtinebat. Quam lento ſane gradu, & quot & quantis viarum difficultatibus, atque periculis ad remotiſſimas, barbaraſque

nationes ſcientiarum lumina propagari opportuit! Si deſint artis Typographicae adjumenta, eximia doctiſſimorum virorum ſcripta, & praeclare geſta in diuturna, & fere perpetua ignoratione verſari neceſſum eſt. Imitationi doctrinae, atque exemplo vix ſibi mutuo eſſe poſſent diverſi populi; vix umquam ea doceri poſſent, quae tanto Typographiae compendio, tanta facilitate celerrime arripi poſſunt. Haec Typographicae artis commoda nemo negabit, niſi in ſilvis educatus, & ſcientiarum hoſtis imperitiſſimus. Verum quidem eſt, nec ſatis omnium lacrimis de-

plo-

plorandum, utiliſſimas quaſque res in detrimentum, & perniciem vergere. Sed quid inde? Tollendus quidem eſt abuſus, ſed uſus religioſe ſervandus; rejecta enim hac regula, ſocietatem omnem in pejus ruere jam neceſſum eſſet, & maxima vitae humanae emolumenta exſulare ſatius foret; quod quam ſtultum & pernicioſum ſit, nemo non videt. Quae cum ita ſint, praeclariſſimae artis ortum, atque progreſſum ſcrutari abs re non erit. Et re quidem vera paucis ab hinc annis non nationes dumtaxat, ſed ipſae quoque privatae urbes annales ſuos Typogra-

phicos ſummo ſtudio conquiſitos in lucem edidere. Hunc meum qualemcumque exiguum laborem excipiat Lector benevolus, velut ſpecimen majoris operis, quod mihi incerta conflictato valetudine ad finem perducere non licuit. Meditabar enim virorum illuſtrium, qui Romae ſaeculo XV. floruere, ſeriem perſequi, atque catalogum texere, imitaturus hac in re doctiſſimum ſcriptorem Joſephum Ant. Saxium, qui litterariam urbis Mediolanenſis hiſtoriam conſcripſit. Verum quamvis non mihi licuerit rem totam, ut in votis erat, perficere, non tamen exiſtimandum eſt hoc opuſculum omni uti-

utilitate carere ; neque enim injucundum fore arbitror gravioris momenti opera , quae ſaeculo XV. a Romanis typis prodiere , hic non ſolum recenſita , atque appellata legere , ſed etiam bibliographicis diſquiſitionibus illuſtrata . Nec nominare praetermiſi Bibliothecas , in quibus recenſita opera mihi videre conceſſum fuit , vel fama exſtare audivi . Siquidem libros omnes XV. ſaeculi manibus vel oculis me tractaſſe , abſit confidenter affirmare audeam .

NOS

NOS F. JOH. FRANCISCUS GENGEMME
SACRAE THEOLOGIAE LECTOR JUBILATUS
Et univerſi Minimorum Ordinis
HUMILIS CORRECTOR GENERALIS.

CUM facultatem a nobis petierit R. P. Franciſcus Xaverius Laire ejuſdem ordinis in Sacra Theologia Lector, ac Sereniſſimi Principis de Salm Salm Bibliothecae Praefectus ſuum in lucem edendi librum, cui titulus: *Specimen hiſtoricum Typographiae Romanae XV. ſaeculi*; auctoris petitioni annuere peroptantes libenti animo concedimus, ut ipſius liber modo a duobus ex Ordine noſtro Theologis per nos tenore praeſentium deſignatis, ſcilicet a RR. admodum PP. Franciſco Jacquier, & Dominico Magnan prius fuerit recognitus, ipſorumque comprobatus judicio, typis mandari valeat, ſi iis, ad quos pertinet, ita videbitur. In quorum fidem haſce litteras manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque officii noſtri munitas dedimus.

Datum Romae ex noſtro SS. Trinitatis de urbe Conventu hac die 15. Januarii anni currentis 1778.

Fr. Johannes Franciſcus Gengemme Generalis.

Ju-

JUbente Reverendiſſimo Patre Johanne Franciſco Gengemme, noſtri Minimorum ordinis Generali, librum perlegi inſcriptum: *Specimen hiſtoricum Typographiae Romanae XV. ſaeculi*, auctore R. P. Franciſco Xaverio Laire ex eodem ordine S. Theologiae profeſſore, in quo quidem nihil, quod non ſit fidei orthodoxae, ſanctiſque moribus conſonum deprehendi, ſed contra illud, ſi typis demandetur, viris ſtudioſis gratiſſimum fore, neminemque ab ejus lectione non diſceſſurum eruditiorem cenſeo.

Datum Romae in Conventu SS. Trinitatis in Monte Pincio die 15. menſis Aprilis ann. 1778.

Fr. Dominicus Magnan ex Minimorum familia S. Theologiae profeſſor emeritus.

JUbente Reverendiſſimo Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro legi perlibenter librum, cui titulus: *Specimen hiſtoricum Typographiae Romanae XV. ſaeculi*, auctore R. P. Franciſco Xaverio Laire, in quo quidem opere nihil fidei, boniſque moribus contrarium continetur, ſed bibliographicam eruditionem ſummam miratus ſum; quo quidem factum eſt, ut vehementer exoptarim, alias id genus diſquiſitiones litterarias, quas jam paratas habet praelaudatus Auctor, in lucem emitti pro bibliographiae bono.

Datum Romae in Conventu SS. Trinitatis in Monte Pincio die 25. Aprilis anni 1778.

Fr. Franciſcus Jacquier ex Minimorum familia in Archigymnaſio Romano profeſſor.

Suas

SUas habet utilitates hiſtoria litteraria, & ex bibliographicis diſquiſitionibus non exigua emanant notionum emolumenta. Hinc humani ingenii progreſſus, & viciſſitudines tum quoad ſcientias, tum quoad artes ſic agnoſcere licet, ut vel de ſtatu noſtro gratulari, vel ad ſuperiorum ſaeculorum praeſtantiam contendere poſſimus. Quicumque ergo in hoc *Specimen hiſtoricum Typographiae Romanae XV. ſaeculi* inciderit, quod Franciſcus Xaverius Laireus Minimorum familiae Alumnus multo ſtudio, ſedulitate, & ingenio elaboravit, plura ſane comperiet, quae didiciſſe juvabit, quibuſque litterariam hiſtoriam apprime illuſtrari fateatur neceſſe ſit. Religio in Deum, in Principes obſequium, ac morum ſanctitas nulla in re laeditur; quare ſi me audit Rmus P. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter Thomas Auguſtinus Ricchinius, cujus juſſu haec legi, facile in publicam lucem opus hoc emitti ſinet.

Dabam domi kal. Maii ann. CIↃIↃCCLXXVIII.

Johannes Chriſtophorus Amadutius Graecarum litterarum Profeſſor in Archigymnaſio Romanae Sapientiae, & Praeſes Typographiae S. Cong. de Propaganda Fide.

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. A. Epiſcopus Montis Alti, *ac Viceſgerens*.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ord. Praed. Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

OPE-

OPERIS DUPLEX EST PARS

Prima sequentia habet Capita.

Caput I. *De Typographia generatim considerata.* pag. 1
Cap. II. *De origine Typographiae in Italia.* pag. 16
§. I. *De Typographia apud Venetos.* pag. 34
§. II. *De Typographia apud Bononienses.* pag. 48
§. III. *De Typographia apud Mediolanenses.* pag. 53
Cap. III. *De Typographia apud Sublacenses in Agro Romano.* pag. 60
Cap. IV. *De Typographia Romam translata.* pag. 71
Cap. V. *De Typographis Romanis saeculi XV.* pag. 98

SECUNDA PARS

Exhibet Indicem chronologicum, & bibliographicum librorum XV. saeculo Romae impressorum. pag. 121

SPE-

SPECIMINIS HISTORICI

TYPOGRAPHIAE ROMANAE

XV. SAECULI

PARS PRIMA.

TYPOGRAPHIAE ROMANAE SAECULI XV.

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM

De Typographia generatim considerata.

SI Typographiae nomen juxta receptum, vulgaremque loquendi usum usurpemus, Typographicam artem apud Germanos natam nemo nisi partium studio abreptus ibit inficias; verum si Typographiae nomine latius intelligere liceat *Scalpturae*, aut *Caelaturae* artem, inventionis honorem Belgis liberaliter concedimus. At Typographia hoc modo considerata ad praesentem scopum nequaquam pertinet. Itaque quod prima spectat Typographiae, de qua sermonem in-

ſtituimus, initia, *Johannes Guttemberg*, patria Moguntinus, ab anno 1430. Civis Argentoratenſis factus, ibidem anno 1439.(1) jam Typographiae fundamenta jecerat, & una cum ſocio *Mentelin*, & *Eggeſtein* minuta opuſcula, adhibitis characteribus ex ligno, majori ex parte unitis (2) jam impreſſerat, ibique uſque ad annum 1444. naſcentem artem tractare coeperat, donec Moguntiam reverſus ſua praeclara inventa exercens, ſocietatem Typographicam cum *Johanne Fauſto* Moguntino iniverit, atque tandem, ut *Petri Schoiffer* verbis utar (3), *artem perfecerit*, cujus quidem ſucceſſum affir-

(1) Sicut conſtat ex inſtrumentis litis, quam hoc anno habuit GUTTEMBERGIUS, quae integra exſtant apud SCHOEFLINUM *in vindiciis Typographicis*, & apud MEERMAN *in originibus Typographicis Part. II.*

(2) Uti ſe vidiſſe teſtantur ſaeculo decimoſexto Scriptores v. g. pro Argentina urbe SPEKLINUS illius urbis architectus, qui illo ineunte ſaeculo florebat, in chronico manuſcripto, referente SCHOEFLINO l. cit. Pro Venetis id etiam teſtatur MARIANGELUS ACCURSIUS apud WOLFIUM *Tom. I. Monument. Typographic. pag.* 300., adjiciens hos omnes perforatos filo uno poſtea conjungi ad opus imprimendum.

(3) *Deduxeritque eam in opus imprimendi*. In TRITHEMII Breviario hiſtoriae Francorum *impr. Moguntiae apud* JOH. SCHOEFFER *anno* 1515. in fol.

affirmare praesumit *Zellius* auctor Chronici Colonienſis (4) dicens e praelo primum ab anno 1450. ad 1455. emerſiſſe Biblia Latina majoribus excuſa litteris, quales hodie in Miſſalibus imprimendis adhiberi ſolent. Hac data occaſione, aliqua mihi fas ſit obſervare (5).

(4) *Primuſque qui excuderetur liber Biblia fuere Latina, impreſſaque ea ſunt ſcriptura grandiori, quali hodie Miſſalia ſolent imprimi.* Ex edit. facta Coloniae 1499. in fol. lingua Germanica, cujus verſionem vide apud MARCHAND *Hiſt. de l'imprimerie Part. II. pag.* 4., *&* 5., & MEERMAN *l. cit. Part. II.*

(5) His Colonienſis Chronici actis abuſi videntur Bibliographi nonnulli; cum enim Biblia quaedam antiqua apud ſe retinerent nullo anno conſignata, in eam praecipiti judicio inducti ſunt opinionem, ſua haec Biblia ex illorum numero eſſe, quae juxta acta haec ab anno 1452., ad 1455. typis edita dicuntur. Ita GUILL. DE-BURE in *Bibliographie inſtructive impr. Pariſiis anno* 1763. *Tom. I. num.* 25. ſtetit pro Bibliis Collegii quatuor nationum Pariſienſis. SALLIER pro Bibliis Biblioth. Regiae (*in Memoires de l' Academie Tom. VII. edit. in* 12.) FOURNIER characterum fuſor Pariſienſis in Diſſertatione prima de origine Typographiae *Pariſiis impr. anno* 1759. Bibliis Collegii Mazarinaei hunc antiquitatis honorem aſſeruit. Hanc eamdem laudem ſuis Bibliis vindicavit Bibliotheca Berolinenſis *in Diariis Berolinenſibus Tom. I. pag.* 278. *an.* 1750. Item apud Leodienſes BARO DE CRASSIER, & apud Germanos BARO DE

Anno 1455. inter *Guttembergium*, & *Fauſtum* ſuborta lite, & funditus diſſipata *Guttem-*

DE UFFEMBACH pro ſuis Bibliis acriter contendebant; aliique permulti, quos refert SCHELHORNIUS *in Diſquiſitione ſua de prima Bibliorum edit. impr. Ulmae* 1760. *in* 4. *pag.* 19., ſuis ſinguli Bibliis patrocinantur. Tandem recens auctor indicis Biblioth. Caſanatenſis in *Praefatione Tom. III.* de eadem ſuorum Bibliorum aetate minime dubitat. Quid vero in hoc opinionum conflictu ferendum eſt judicium? Id autem maxime ſingulare eſt, quod omnia haec fere, quorum tanta antiquitas venditatur, Biblia diverſo plane charactere exarata ſint. Porro id fidem omnem ſuperat, brevi quinque annorum intervallo, ab anno ſcilicet 1450. ad 1455. e typis Moguntinis pluſquam decem Bibliorum editiones exiiſſe. Verum ut totam hanc controverſiam paucis contraham, affirmare non dubito Biblia a Chronico Colonienſi laudata, de quibus dixit TRITHEMIUS *annal. Hirſaugienſ. Tom. II.* ad annum 1450. pag. 421., *quod priuſquam tertium quaternionem compleſſent in opere* (*Bibliorum*) *pluſquam* 4000. *florenorum jam expoſuerint*, aut numquam completa fuiſſe, antequam Pſalterium anni 1457. ederetur, aut ſi Biblia illa ante hoc tempus edita exſtiterint, & reipſa ante annum 1455., prodiiſſe characteribus omnino diverſis ab iis, quos praeſeferunt memorata Biblia, ac praeſertim Caſanatenſia.

I. Ante annum 1455. Biblia haec ad exitum perducta non fuerunt; hoc enim anno 1455. GUTTEMBERGIO lis intentata eſt a FAUSTO, praeſentibus ad normam juris

Ta-

tembergii fortuna, relicta officina, in *Fausti* potestatem venere instrumenta, & quid-

Tabulario, & testibus ad recuperandos bis octingentos florenos, quorum pars dimidia anno 1450., altera autem pars anno 1452. mutuo accepta fuerat; hujus autem litis instrumenta autographa exstant apud WOLFII *Monumenta Typograph. Tom. I.* Interrogatus ex juris praescripto GUTTEMBERGIUS hoc unum respondit 800. florenos anno etiam 1452. mutuatos fuisse eo inito pacto, & ea conditione, ut compleretur officina, eaque necessariis muniretur instrumentis, ideoque a FAUSTO nihil praeter officinam, atque instrumentorum Typographicorum suppellectilem exigi posse; quam sententiam confirmavit judex. Quae cum ita sint, anno 1450., & 1452. nondum edita erant Biblia, cum iisdem annis nondum comparata essent instrumenta; neque etiam anno 1455. perfecta fuerant, nam ideo litem movit FAUSTUS GUTTEMBERGIO, quod hic pro hoc anno aliquid typis edere, & terminare pollicitus datam fidem non servaverit. Omnem dubitationem tollere videntur TRITHEMII verba, ubi dixit plusquam quater mille florenos expensos jam fuisse, antequam tres quaterniones completi fuissent. Quid autem de illis quaternionibus actum sit, & quo evaserint, latet omnino.

II. Dixi, quod posita Bibliorum illorum exsistentia juxta ZELLII narrationem, haec tamen non convenire possint cum Bibliis supra memoratis, & praesertim cum Casanatensibus; & quidem 1. ex allato testimonio, *charactere Missali grandiori haec Biblia imprimebantur*. Pro hoc autem charactere nihil intellexere Typographi, neque

quid laboris vel operis jam fuerat perfectum. In hac rerum inopia patriae valedixit

que etiam nunc aliud intelligunt, nisi characterem dictum *Parangon* antiquum & hodie *Paraugon* minoris formae, quo semper usi sunt Typographi in edendis Missalibus. Porro hujus characteris formam a Bibliis Casanatensibus longe differre statim advertet, qui in Biblia Casanatensia vel primos conjecerit oculos. Praeterea affirmat indicis Casanatensis auctor maximam esse suorum Bibliorum cum Bibliis anni 1462. similitudinem: Nemo autem umquam dixit haec ultima Biblia characterе *Parangon* antiquo, & Missali edita fuisse. 2. Data, & non concessa horum Bibliorum exsistentia, insulsum omnino foret Typographos primum usos fuisse characterе fuso, qualis apparet in Bibliis Casanatensibus, & deinde laboriosum, taediique plenum opus suscepisse in conficiendis characteribus scalptis, quales sunt illi in Psalteriis annorum 1457., & 1459. adhibiti. Id certe ineptum omnino est, & risu excipiendum, nisi proferantur Biblia, quorum characteres cum ipsis laudati Psalterii characteribus affinitatem habeant. Praeterea extra omnem dubitationem positum est Psalteriorum illorum characteres eos ipsos esse, quos FAUSTO cessit GUTTEMBERGIUS ad tantam redactus penuriam, ut Biblia incoepta terminare non potuerit (sicut superius retulimus pro anno 1455.) Cum illis ergo Biblia affinitatem characterum habere debent. Tandem characterе grandiori, qui Missalis appellari potest, impressum est Psalterium, cujus characteris ectypum videre est in monumentis Academiae Tom. VII. Historiae pag. 433. edit. in 12. & apud HEIN-

xit *Guttembergius*, a qua abfuit per aliquot annos, abhorrens propriis videre oculis in-

 du-

HEINCKEN in opere, cui titulus: *Idée d'un Collection d'eſtampes, Lipſiae & Viennae* 1771. in 8. Verum characteres illi ſunt plane diſſimiles inter ſe, & praeſertim cum Caſanatenſibus, nec primo intuitu ulla apparet affinitas. Breviter ergo expendamus rationes, quibus nititur Caſanatenſis Bibliothecae praefectus. I. affert numerorum, ſignaturarum, & cuſtodum penuriam; ſed bona ipſius venia dicere liceat, ſi admittenda foret haec generalis regula, libros multos poſt annum 1480. impreſſos ad annum 1455., aut 1460. referri oportere. Hoc unum exemplum afferre ſatis ſit, egregium nempe artis Typographicae opus: *Sermoni di Beato Leone Papa in lingua Latina in Toſcana tradotti da Bartolomeo Corſini, impreſſ. in Firenze adì XXI. di Maggio M. CCCC. LXXXV.* in fol.; Quo in opere deſunt *ſignaturae*, *cuſtodes*, *numeri*que in paginarum ſummitate. Neque ignorat praelaudatus auctor, haec ſigna, licet Typographica arte antiquiora, & in diplomaticis adhibita, in Typographiam tamen nonniſi perfecta arte fuiſſe invecta. II. opinionis ſuae confirmationem quaerit in titulis ſingulis, initialibuſque litteris, quae manu depictae ſunt. Verum haec ratio nimis generalis nequaquam valet. Hic enim Romae (ſicut non ignorat eruditus praefectus) exſtant opera poſt annum 1470., & recentioribus adhuc temporibus impreſſa, in quibus idem obſervare licet. III. laudatus auctor ſingularem in Pſalterii litteris diſcrepantiam obſervare dicit, quae in nullis Bibliis invenitur, exceptis SCHOEFFERI Bibliis annor.

duſtriae ſuae fructum ad manus alienas tranſeuntem. Juxta tritum illud Poetae carmen: *ſic vos non vobis &c.* inventionis gloriam tulit *Fauſtus*, nullius induſtriae artifex, pecunia dumtaxat valens, nulla ingenii manuumve dexteritate. Verum in hoc rerum ſtatu *Petrus Schoiffer*, cognomine *Opilio*, vir ſagaciſſimus Pariſiis Moguntiam reverſus (6) *Gut-*

nor. 1462., & 1472. Sed quid inde colligere poterit, niſi haec ſua Biblia e praelis SCHOEFFERIANIS prodiiſſe inter annos 1459., & 1472., a quo tempore characteres fuſos primum in uſu fuiſſe non repugnamus? IV. characteres ſuos dicit ſimillimos characteribus Bibliorum anni 1462., & deinde ſubdit hos characteres primo intuitu manuſcriptarum litterarum formam praeſeferre, at nemo certe in Bibliographia etiam tantiſper verſatus dixerit Biblia ann. 1462. manuſcriptorum characterum figuras imitari. Quae cum ita ſint, generaliter concludere non dubitarem, ſi umquam impreſſa ſint Biblia inter annos 1450., & 1455., ex iis omnibus, quae uſque adhuc mihi vidiſſe contigit, referenda eſſe ad ea, quorum deſcriptionem dedit SCHELHORNIUS in Diatriba de antiquiſſima Bibliorum editione impr. *Ulmae* in 4. 1760., & ectypum exhibuit in Diatriba ad librum Cardinalis QUIRINI de optimorum Scriptorum editionibus impr. *Lindaugiae in* 4. *pag.* 60.

(6) Anno enim 1449. adhuc Scholaris erat, ac Scriba in univerſitate Pariſina, teſte inſcriptione relata Tom. 37. Monumentorum Academiae edit. in 12. pag. 420. & a SCHOEFLINO in *vindiciis Typographicis*.

Guttembergii vices abunde ſupplevit, & quidquid hactenus deſiderabatur praeſtitit, feliciterque exſecutus eſt.

Peritiſſimi hujus artificis nomen anno 1457. Pſalterii libro praefixum legitur, atque hoc ipſum eſt opus, quod primum e typis Moguntinis emerſiſſe dicendum eſt. Ab hoc eodem anno cudendis characteribus metallicis operam dedit, quorum characterum typus in *rationale Durandi* anni 1459. prodiit; ſed brevi, ab anno nempe 1460. in edendis *Conſtitutionibus Clementinis*, characteres jam ad meliorem formam perducti fuere, atque temporis progreſſu, & artificum induſtria perfectionem eundo acquiſivit ars Typographica (7) uſque ad eum, quem

(7) Capitales litteras, quas *florentes* vocant, annis 1457., & 1459. in Pſalteriis edendis excogitavit SCHOIFFER, non vero BATDOLT, quae multorum fuit opinio. Chartam primi perfecere Typographi Romani, atramentum vero Germani. *Signaturas* anno 1470. pro characteribus Latinis ULRIC GERING Pariſiis; & in Germania ELIAS LOUFFEN Canonicus, & Typographus in Villa BERONENSI apud Helvetios introduxere, primus quidem in editione epiſtolarum GASPARINI Pergamenſis, ſecundus vero in impreſſione MAMOTRECTI; pro characteribus Graecis Mediolani an-

no

quem nunc gradum videmus. Primi autem illi artis magistri adjutores, ac discipulos ha-

no 1480. signaturis usus est DIONYSIUS PARAVISINUS. *Custodes* induxit apud Venetos JOHAN. DE SPIRA in TACITI editione ad ann. 1469. Chartarum *Registrum* primi adhibuere Romani Typographi; quidquid intelligatur *Registri* nomine, sive significetur solus alphabeticorum characterum usus, sive sub hoc eodem nomine veniant prima verba, a quibus initium sumit *Duernio*, aut *Quaternio* quilibet; utrumque enim pro compingendo libro in commodum Bibliopolae introductum est. Typographi Romani quoad capitales litteras, quas *Miniatas* appellant, Typographis Germanis longe excellentiores fuere, atque inter Germanos Typographi Germaniae inferioris longe superarunt Germaniae superioris artifices. Quoad Typographos Romanos nil mirum, si ANDREAS MANTEGNA Pictor celebris praecipuas hac in re partes egerit. Cyphras Arabicas ad Bibliopegorum facilitatem primus adhibuit ULRIC GERING in librorum fronte. Ceteros ac praecipuos diversarum partium inventores, aut perfectores breviter appellare satis sit. SCHOIFFER *Rubricas* primus adhibuit in subscriptionibus *Rationalis* DURANDI, & Bibliorum anni 1462. CONRAD SWEYNHEYM notas marginales in AULO GELLIO anni 1469. Glossas ad textus explicationem pro Latinis induxit PETRUS SCHOIFFER in Clementinis anni 1460.; pro Graecis vero LEONICUS CRETENSIS in Batrachomiomachia HOMERI *Venetiis* anno 1486., in qua scholia textui apposita rubro pinguntur colore. Titulos charactere majusculo libris prae-

habuere, qui usu, atque experientia edocti, ipsi quoque magistri facti in aliis Germaniae urbibus, atque apud exteras nationes suis

praefixit ULRIC GERING anno 1477., pompam vero majorem in amplis marginibus adhibuit ANTON. VERARD Parisiis; alii in charta pergamena, & praesertim primi Germani artifices, & Veneti, raro Romani. Alii in charta bombycina, talis fuit ALDUS MANUTIUS, teste P. MONTFAUCON Tom. VI. *Monumentorum Academiae*. Alii etiam in serico, Gallice *satin*, observante CATHERINOT apud WOLFFI *Monumenta Typogr.* Tom. II. pag. 938. Alii charta viridi usi sunt, ut SEBASTIANUS HONORATUS Lugduni 1561., alii caerulea, ut MORELIUS Parisiis anno 1562., & ALDI heredes Venetiis 1546. Alii adhibuere atramentum aurei coloris, ut RATDOLT Venetiis anno 1482. in praefatione aliquorum exemplarium elementorum EUCLIDIS. Id miror maxime de praeli Typographici perfectione illos ita parum fuisse sollicitos, ut usque ad medium saeculum XVI. praelum nihil fere plus profecerit, quam GUTTEMBERGII tempore, imo usque ad initium saeculi XVII. in eodem imperfectionis gradu quasi perseveraverit conservando formam praeli vinarii. Sed dolendum est, quod artis Typographicae progressum retardaverit ars politica, qua factum est, ut praela Typographica ad eum gradum perfectionis non pervenerint, quem in ipso hujus saeculi initio intenderant ERHARDUS WEIGELIUS professor in Academia Jenensi, & Parisiis anno 1728. unus ex Academiae Scientiarum Sociis.

ſuis laboribus Typographicis fortunam quaeſivere, ſicque e *Schoefferi* domo exiit Typographiae arcanum, tanta cura, & religione cuſtoditum. Artificum emigrationi, ideoque & artis propagationi non parum contulit orta inter *Deitericum* de *Iſembourg*, & *Adolphum* de *Naſſau* de Moguntinae urbis principatu contentio; in urbis enim obſidione anno 1462. quadringenti circiter cives periere. In tanta rerum calamitate tranquillum artis ſuae exercitium emendicarunt artifices, alii Sublacum adiverunt anno 1465., Coloniam alii anno 1467., alii Venetias anno 1468., Auguſtam nonnulli anno 1469. In his diverſis locis Typographiam tractarunt, eamque ad varia idiomata traduxerunt (8), ſicque per gra-

(8) LASCARIS Grammaticam, & DIONIS opera Graece edidit Mediolani DIONYSIUS PARAVISINUS anno 1476. Judaei etiam origine Spirenſes in urbe Piſaurenſi anno 1477. hebraice ediderunt Commentarios R. LEVI GERSONIDIS in Job, atque etiam Commentarios R. KIMCKII in Pſalterium in 4., quod quidem ultimum opus exſtat Romae in Bibliotheca Angelica, item anno 1478. iidem Judaei in PIEVE DI SACCO (Plebiſacii) Patavinae ditionis ARBATHURIM, ſeu IV. ordines R. JACOB BENASER edidere, dein-

gradus & quasi pedetentim ad remotissimas quoque gentes, Africam, Americam, apud

deinde vero SONCINI ditionis Mediolanensis suum fixere domicilium, unde SONCINATES dicti sunt. Posthac Bononiam, Neapolim, & per totam Italiam, in Lusitaniam quoque, & Constantinopolim usque, Hebraicam Typographiam Judaei propagarunt. Imo & in Ariminensi urbe anno 1521., non vero 1486., ut placuit MARCHAND, ORLANDO, & aliis, ipsi Judaei impressere librum IKARIM, seu fundamentum Judaicae Religionis contra Christianam (impium opus) R. JOSEPH ALBO. Sed de hac Typographia Hebraica legatur Dissertatio plena eruditionis D. JOHANNIS BERNARDI DE ROSSI quae in lucem prodiit *Parmae anno* 1776. in 4.

Quod spectat ad Typographiam Arabicam, haec ineunte saeculo XVI. nata est sub JULIO II., ejusque sumptibus suscepta in *Fano Fortunae*. Haec autem Typographica officina instructa est a GREGORIO VENETO, atque inter libros, qui ex his typis prodiere, mihi occurrit *Diurnale Graecorum Arabum*, seu *Melchitarum*, *in quo continentur orationes die, ac nocte a Presbyteris in templo recitandae*; & hoc diurnale editum fuit in *Fano Fortunae sub auspiciis* LEONIS X. *anno* 1514., quam notitiam hausi ex indice Biblioth. Regiae Tom. I. De hac autem Typographia disseritur in opere, cui titulus: *Giornale de' Letterati di Firenze Tom. II. Part.* 3. *art.* 2. Hinc ex eadem officina exiisse potuit ELADRISI Geographia, dicta NUBIENSIS ab auctoris patria, in 8. majori edita, & absque ulla anni nota; cujus raritatem tantopere extollit indicis Casanatensis auctor

apud ipsos Indos, ac Japponenses (9) feliciter pervenit ars utilissima magno scientia-

ctor Tom. III. in *Praefatione*. Hic tamen Romae mihi vidisse contigit quinque exemplaria; alia fortasse nonnulla latent. Tituli variatio in diversis exemplaribus licet aliunde simillimis maxime torquet eruditum auctorem, cui quidem nulla superesse poterat difficultas, si meminisset hoc ipso saeculo, & maxime ineunte XVI. ex librariorum fraude id saepe factum fuisse. Incerto editionis loco magis torquetur idem auctor, neque enim nosse videtur officinam Arabicam Medicea antiquiorem, in qua anno 1592. libri hujus editio facta est, quo tempore vix nascebatur officina Medicea Arabica. Huic auctori ignota fuisse videtur officinae *Fani Fortunae* ruina; haec enim paucis annis perduravit, & in ipso fere ortu extincta pauciissimos produxit libros, qui quidem sunt insignis raritatis. Eumdem eruditum virum latebat linguarum externarum officina, sub GREGORIO XIII. erecta, ex qua prodiit officium Arabicum, in hac nostra Bibliotheca SS. Trinitatis de Montibus in Colle Hortulorum asservatum, charactere rubro, & nigro exaratum per DOMINICUM BASAM 1584. in 8. Sub eodem JULIO II. JOH. POTKEN Romae curavit confici characteres Chaldaeos antiquos, de quo infra *cap. IV.*

(9) In Biblioth. Angelica v. g. tractavi librum XVI. saeculo impressum more nostro apud Japponenses, cujus titulus sic habet: EMMANUELIS ALVAREZ *e Societate Jesu de institutione Grammatices libri tres &c.*, accedit interpretatio Japponica impr. in Collegio Amacusensi Soc. Jesu anno MDXCIII. Constat 170. foliis in

tiarum, & universae societatis commodo, atque emolumento. Sincerum gerant Typographi erga artem suam amorem, ac scientiam hanc sua auctoritate protegant, suisque tueantur beneficiis principes, & veri litterarum amatores; tuncque hanc artem ab iis, quibus maculatur, atque deturpatur vitiis, & abusibus, brevi tempore liberatam, atque repurgatam pro humani generis bono laeti intuebimur.

---

in 4., & est ex charta setina. Norunt autem omnes, quod vix in regno Japponensi steterint Patres Societatis Jesu. Tractavi & sequentem librum, quem comiter mihi communicavit JOH. CHRISTOPHORUS AMADUTIUS Praeses Typogr. Sac. Congreg. de Propaganda Fide, & vir de republ. litteraria optime meritus, ideſt *Doctrina Christiana en lengua Espanola y Tagala, corregida por los Religiosos de las ordenes, impressa con licentia in S. Gabriel de la orden de S. Domigo. En Manila* 1593. in 4. ex charta setina. Opus autem imprimitur lingua, & charactere Tagalensi una cum versione Hispanica e regione. Character autem Hispanicus ita singularis est, ut appareat unum ex primis nostris tentaminibus Typographicis. Primum fol. exhibet imaginem S. Dominici, & subscriptionem supra relatam. Constat ex 38. foliis, sed absque numeris. Longius examen exigeret hic Codex rarissimus, sed jam properemus ad propositum nostrum.

CA-

CAPUT SECUNDUM

De origine Typographiae in Italia:

TYpographia (ex modo dictis) in Germania primum nata in Italiam deinde invecta est; verum quo auctore, quo in loco, & quo anno suam in Italia primum sedem fixerit, incertum omnino videtur, & adhuc sub judice lis est. *Gilbertus Cognatus Nozerenus* fabulatus est, artem hanc ab ipso aerae Christianae initio in Germaniam fuisse introductam, eamque in Italia inventore *Saturno* habuisse antea initium, teste *Cypriano* in libro de vanitate Idolorum. Idem senserat *Pomponius Laetus* (10), narrante *Conrado Peutingero*: *Movet mihi stomachum praeceptor meus rerum vetustarum alioqui solertissimus inquisitor* (Pomponius Laetus); *voluit enim nobis Germanis inventae artis impressoriae artem praeripere, dicens post Sanctum* Cyprianum, Saturnum *litteras impressisse priorem*,

(10) Epistola ad AUGUSTINUM MAPHAEUM praefixa SALLUSTIO impresso Venetiis 1493. in fol. & recuso Brixiae anno 1495. in fol.

rem, & fignaſſe nummos in Italia (11). Anno 1428. Typographiam Venetiis jam exerceri ſolitam fuiſſe affirmat *Rabbi Joſeph* (12) ſcribens eo anno, e typis Venetis prodiiſſe fragmentum aliquod ex *Arbathurim*, *e Rabbi Joſeph Karo*; ingenue tamen fatetur librum hunc ſub oculos ſibi numquam incidiſſe.

Hadrianus Moetjens, aut alius quiſquis ſit Bibliothecae exquiſitiſſimae editor (13) anno 1440 vulgatam, jam apud Italos Typographiam ſupponit, quod quidem affirmavit etiam *Hoffmannus* (14) in ſuo Dictionario, ſcribere non dubitans Joh. Gut-

(11) In admirandis Sermonibus convivalibus Germaniae editionis Argentinenſis 1506. in 4. pag. 17.

(12) In ſua Chronica apud VOLFII *Monumenta Typogr.* Tom. I. pag. 537.

(13) Impreſſ. Hagae Comitum apud MOETJENS in 8. anno 1732. Parte II. num. 4043. cum hac ſingulagulari nota: *Epiſtola, quam miſit Rabbi* SAMUEL ISRAEL *Oriundus de Civitate Regis Marochorum, ad Rab.* ISAAC *translata de Hebraeo, & de Arabo in Latinum per Fratrem* ALPHONSUM *anno* 1338. *Quamvis careat anni nota haec editio, ex qualitate characteris, & abbreviationum, hanc ex primis impreſſionibus Italiae circa annum* 1440. *evidentia valet demonſtrari.*

(14) Sub nomine Guttemberg.

temberg jam Romae arti Typographicae initium dediſſe, quod probare conatur ex ſpuria, & mala fide adulterata ſepulcrali inſcriptione, quae praeſefert nomen cujuſdam *Hans Von Laudenbach*, quem operarium fuiſſe apud primos Romae Typographos mihi facile perſuadeo. *Hoffmanni* errorem hauſit *Marchand* (15). Integram autem ac ſinceram inſcriptionem refert *David Chytraeus* (16). Hoc eodem anno contendit Comes *Antonius del Corno* (17), idem quoque referente *Apoſtolo Zeno* (18), *Pamphilium Caſtaldi* Poetam Feltrenſem Typographiam inveniſſe, eamque cum amico ſuo *Fauſto Comesburgo* communicaſſe, atque inde apud Germanos artem hanc fuiſſe propagatam.

Ab anno 1446. Utinae in ſtatu Veneto praela exſtitiſſe autumarunt nonnulli ex ma-

(15) *Hiſtoire de l' imprimerie impr. a la Haye* 1740. in 4. pag. 32.

(16) *In Deliciis variorum itinerum* pag. 307., ubi GUTTEMBERGII loco legitur HANS VON LAUDENBACH.

(17) *In memorie iſtoriche del Feltro* impr. Venetiis 1710. in 4.

(18) *Giornale de' Letterati d' Italia* Tom. III. pag. 533.

male intellecta ſubſcriptione ſermonum *Leonardi de Utino* anno compoſitionis pro eo impreſſionis ſumpto. Jam anno 1454. impreſſas Mediolani epiſtolas, & opuſcula *Philelphi* contendit auctor catalogi de *Cambys Velleron* (19) ſumpto anno ſubſcriptionis unius ex epiſtolis pro eo impreſſionis.

Ante annum 1455. Typographos Romae exſtitiſſe certo affirmant ii omnes, qui *Nicolaum V.* Typographiae *Maecenatem* appellant (20). Et hoc ipſo anno Neapoli editos fuiſſe libros: De dictis, & factis *Alphonſi* Regis, auctore *Antonio Panormita*, opniatur *Julius Negri* apud *Dominicum Manni* (21), anno vero 1456. libros *Leonardi Aretini de Bello Gothorum* Senis impreſſos idem affirmat *Julius Negri* (22), ſed rectius locutus fuiſſet di-

 cens

(19) Impreſſ. Avenione anno 1774. in 8.

(20) Quales ſunt THOMAS GARZONUS apud WOLFFII *Monumenta Typographica* Tom. I. pag. 719. JOHAN. BAPTISTA NATOLINUS apud eumdem Tomo II. pag. 925., FLORAVANTES MARTINELLI ibid. pag. 990., & FULVIUS URSINUS ibid. pag. 1192.

(21) *Nella ſua Lezione iſtorica della prima promulgazione de' libri in Firenze* impr. in Firenze 1761. in 4. pag. 13.

(22) *Storia degli Scrittori Fiorentini* pag. 353.

cens hunc fuiſſe de Latino in Italicum translatum Senis per *Ludovicum Petroni* die 29. Maii anni 1456.

Anno 1458. *Philelphi* epiſtolas Venetiis editas fuiſſe aſſerit *Johan. Arenaldus* apud *Freytag* (23), & hoc anno Romam appuliſſe Germanos ſcribunt permulti quibus praeiverat *Polydorus Vergilius* (24), accedente etiam auctoritate *Sabellici* (25). Appulſum autem hunc Germanorum anno 1460. conſignat *Henricus Pantaleon* (26). Scribit autem P. *Montfaucon* anno 1461. praela Typographica in Sublaco primum moviſſe Germanos (27); ſed hunc errorem deinde caſtigavit. Eodem anno Venetias appuliſſe *Nicolaum Jenſon* affirmarunt plurimi; in quam ſententiam abiit etiam *Maittaire*

(23) *Apparatus Litterarii* Tom. I. pag. 406.

(24) *Libro de inventoribus rerum* edit. Venetae anni 1499. libr. II. cap. 7.

(25) *Hiſtoriae Venetae* lib. III. decade 8. edit. ANDREAE TORRESANI DE ASULA 1487. in fol. ad ann. 1458. ſub principatu Mari Petri.

(26) Lib. *De viris illuſtribus Germaniae* Part. II. pag. 397., & ſeq. edit. Baſileenſis 1565., ſed de inſigni hujus errore vide MEERMAN origin. Typogr. Part. II. pag. 196.

(27) *In Diario Italico* impr. Pariſ. 1702. in 4. pag. 339.

taire (28). Multorum quoque opinio est in Sicilia eo ipso anno exstitisse praela Hebraica; ut videre est in Bibliotheca Rabbinica *Buxtorfii* (29), ubi legitur *Josephum Scaligerum* habuisse Grammaticam Hebraicam *R. Mosis Kimki* in Sicilia impressam ante annos 152., qui proinde numerus si dematur ab anno 1613., quo haec scribebat, respondet anno 1461.

Bononienses Ptolemaei Geographia freti artem Typographicam anno 1462. in suam Bononiae urbem transiviſſe contendunt. Anno 1464. Sublaci impressum opus de similitudinibus rerum legitur in Catalogo *Gerardi Vanloon* (30); sed errorem detexit *Meerman* (31). *Godefridus Olearius* praecipiti oculo legens asseruit Commentaria *Thomae de Argentina* in libr. sentent. edita fuisse Venetiis anno 1464. (32); legere autem debuisset annum 1564. Singulos refellere superfluum foret; definito enim accurate Germano-

(28) *Annalium Typograph.* Tom. I. edit. anni 1719.
(29) Edit. *Basileensis* anni 1613. in 8. pag. 302.
(30) Impr. Hagae Comitum anno 1759. in 8.
(31) *Origin. Typograph.* Part. II. pag. 17.
(32) *Bibliothecae Ecclesiasticae* pag. 405.

rum Typographorum adventu, determinato loco, & tempore, contrarias quaslibet opiniones cadere neceſſum eſt. Quod ut fiat, totam rem duabus propoſitionibus exponam, & quidquid dixerim firmiſſima Scriptorum coaevorum auctoritate confirmabo.

Affirmo itaque I. Germanos inventa arte Typographica, hanc in Italiam ſub Pontificatu *Paulli II.* tranſvexiſſe. In Germania natam eſſe Typographiam jam demonſtravi, neque eſt, quod in hac veritate diutius immorari oporteat. Romam vero primam fuiſſe ex Europeae urbibus, quae hanc artem e Germanorum manibus ſuſceperit, invicte oſtendam. *Gaſpar Veronenſis*, cujus fuit auditor *Aldus Manutius*, qui floruit Romae ſaeculo XV., & de quo vide Cl. Marchionem *Maffejum* (33), ita factum narrat (34): *Hac tempeſtate ad Sanctiſſimum* Paullum II. *Romam quidam juvenes acceſſerunt, & ii quidem Teutonici, qui* Lactan-

(33) *Veronae illuſtratae* Part. II. edit. Veronenſis anni 1731. in 8. pag. 236.

(34) Lib. IV. *De geſtis* PAULLI II., qui exſtat apud MURATORI *Scriptores rerum Italicar.* Tom. III. part. 2. pag. 1046.

ctantium Firmianum *de hominis opificio*, *de Dei ira*, *nec non contra gentiles*, *menſe uno formaverunt* (35), *& ducentos hujuſmodi libros quoque menſe efficiebant*, *quorum artificium narratu perdifficile foret*, *ſed plurimi omne ipſum cognoverunt*; *quae fuit magni ingenii inventio*. *Sed &* Auguſtinum *de Dei civitate itidem finxerunt* (36), *nec non de Oratore ad* Quintum *fratrem* (37), *&* Ciceronis *epiſtolas* (38), *& vili venumderunt pretio*; *ſicque alios Codices ſunt formaturi &c.*

Narrationi huic, ſi neceſſum eſſet, auctoritatem addunt *Conradus Swenheym*, & *Arnoldus Pannartz* libello, quem *Sixto IV.* Pontifici Maximo anno 1472. obtulere, in quo haec leguntur (39): *Nos de Germanis primi tanti commodi artem in Ro-*

(35) In Sublacenſi Monaſterio anno 1465., & Romae anno 1468.

(36) Cum charactere *Lactantii* Sublacenſis abſque loci nota anno 1467., & Romae 1468.

(37) Ex charactere *Lactantii* Sublacenſis abſque nota loci, nec anni, & Romae anno 1468.

(38) Romae 1469.

(39) Qui exſtat cum Praefatione JOH. ANDREAE ALERIENSIS Epiſcopi in Tom. V. Bibliorum cum Commentariis *de Lyra* Romanae edit. anni 1472.

manam Curiam tuam, multo ſudore & impenſa, deceſſoris tui tempeſtate devexi-mus. Nos opifices librarios ceteros, ut idem auderent, exemplo noſtro invitavi-mus &c.

Factum confirmat *Philippus de Lignamine* nobilis eques Meſſanenſis, & *Sixti IV.* Scutifer, ac Medicus (40) in ſuo Chronico Pontificio, ſeu *Ricobaldina* continuatione (41). Rem his refert verbis: *Sub* Paullo II. Conradus Sweynheym, & Arnoldus Pannartz, Udalricus Gallus *parte ex alia Teuthones librarii inſignes Romam venientes, primi imprimendorum librorum artem in Italiam introduxere, trecentas chartas per diem imprimentes &c.*

Tandem ex juris abundantia adjungam teſtimonium *Polydori Vergilii* Urbinatis (42), qui vivebat ſaeculo XV., his expreſſum verbis: *Anno, qui fuit ſalutis humanae MCCCCLVIII., quidam nomine* Conradus,

(40) De quo vide MONGITOREM *Biblioth. Siculae* Tom. I. pag. 362., ſed melius MANGET in *Bibliotheca Medica* Tom. II. pag. 80.

(41) Impr. ab ipſo Romae anno 1474. in 4., & ibid. anno 1476. in 4. ſub annis 1465., & 1466.

(42) Lib. *De inventoribus rerum* loco ſupra citato.

radus, *homo itidem Germanus Romam primo in Italiam attulit* (Typographiam), *quam dein* Nicolaus Jenſon Gallus, *primus mirum in modum illuſtravit &c.* Quae cum ita ſint, nemo in dubium revocare poterit Romam fuiſſe primam ex Europeae urbibus, quae Typographicam artem a Germanis acceperit, quam quidem gloriam tum Germaniae, tum Italiae conſpirantibus in unum teſtimoniis tribuunt auctores ſynchroni.

II. Non ſatis eſſet rem generatim conſtituiſſe, ſed hic honos vindicari debet *Conrado Sweynheym*, *Arnoldo Pannartz*, & *Udalrico Han*, qui ſecum operarios aliquos advexere. Audiatur *Johannes Andreas Alerienſis* Epiſcopus, Bibliothecae Vaticanae Secretarius, qui ſua cura, & auctoritate protegebat praela *Conradi*, & *Arnoldi*. Hic in variis epiſtolis, quas ſuis editionibus praemittebat, *Sweynheym*, & *Pannartz primos Typographos Romanos appellavit* ſic (43), *v.g.* Paule II. *Venete, fove artis hujus utiliſſimae ſub protectione* Conradum,

(43) In Praefat. Tomi primi *Epiſtolarum S.* HIERONYMI edit. Romanae anni 1468., & etiam anni 1470.

dum, & Arnoldum *Germanos homines, arte imprimendi praestantes advectores, & semen caeli &c.* Pariter *Sixtum IV.* alloquutus in Praefat. Bibliorum *de Lyra* (44) in favorem horumce, quorum post exhaustas fortunas quasi desperata erat fortuna, ait: *Ut digneris misericorditer occurrere servuli tuae Sanctitatis* Conradus Sweynheym, & Arnoldus Pannartz *impressores nostri, ac utilissimae hujus fictoriae artis primi in Italia opifices implorant &c.*

Hanc gloriam *Conrado* asserit anonymus in epistola ad *Sixtum IV. Ptolemaeo* (45) praefixa, ubi sic legitur: *Magister vero* Conradus Sweynheym *Germanus, a quo formandorum Romae librorum ars primum profecta est. Occasione hinc sumpta posteritati consulens animum ad hanc doctrinam capessendam adplicuit.*

Hunc honorem *Conrado*, & *Arnoldo* communem vindicant subscriptiones, quas ab anno 1467. suis editionibus postponere solebant: *Hos*

(44) Impr. Romae annis 1471., & 1472. Part. V.

(46) Impress. Romae per ARNOLDUM BUKING in fol. anno 1478.

Hoc Conradus *opus* (46), Sweynheym *ordine miro*,
Arnolduſque *ſimul* Pannartz, *una aede colendi*,
Gente Theotonica expediere ſodales &c.

Tandem ejuſdem gloriae participem quoque fuiſſe *Ulricum Han* declarat *Johan. Anton. Campanus* Interamnenſis Epiſcopus (47), qui praelaudati Typographi prae-

(46) Haec jam ſubjicitur *Epiſtolis familiaribus* CICERONIS impr. Romae 1467.

(47) JOH. ANTON. CAMPANUS in Campania Regni Neapolitani Provincia obſcuro loco natus anno 1427. Neapoli in humanioribus litteris ſub LAURENTIO VALLA praeceptore tantum excelluit, ut CICERO redivivus fuerit appellatus. Romam a PIO II. accerſitus, Interamnenſis epiſcopus ab eodem ſummo Pontifice renuntiatus eſt. Neque a ſtudio deſtitit; imo cum praecipuis, qui in Italia florebant, viris litteratis, & maxime cum Cardinali JACOBO SILVIO PICCOLOMINEO Papienſi Epiſcopo litterarium commercium fovebat. ULRICI HAN, ſeu GALLI Typographicum praelum protegere non ceſſavit ab anno 1469. Hinc ortae ſunt editiones illae, quas tantis extollunt laudibus eruditi viri. Anno 1471. a PAULLO II. cum FRANCISCO PICCOLOMINEO Cardinali Senenſi ejus Maecenate ad Conventum Ratiſponenſem, quem *Dietam* vocant, miſſus eſt. Hunc per urbem Mediolanenſem tranſiiſſe XIX. Kal. Januar. ann. 1471. refert PHILELPHUS epiſtolar. libro

praelum ſua protectione regebat, & *Ulrico* eamdem opem praeſtitit, quam *Conrado*, & *Arnoldo* ſuppeditabat *Johannes Alerienſis* (48). Porro *Johan. Campanus* ludens in

bro 34. in epiſtola ad ipſum CAMPANUM *editionis Venet. ann.* 1502. *fol.* 244., atque in eadem urbe orationem habuiſſe fertur pro bello adverſus Turcas excitando. Romam reverſus SIXTUM IV. Sum. Pont. creatum invenit, a quo honorifice acceptus eſt. Sed paullo poſt ob ſcriptam liberiori ſermone epiſtolam Summi Pontificis iram in ſe concitavit, quam ob cauſſam variis officiis, & honoribus deſtitutus eſt. Hinc Neapolim confugit ad Regem, a quo benigne exceptus eſt, ſed aulae ſtrepitum reformidans, Senis tranquilliorem vitam quaeſivit, ibique obiit anno 1477. Celebris illius viri vitam, fataque fuſe deſcripſit MICHAEL FERNUS in editione operum illius, quam anno 1495. Romae adornavit.

(48) JOHANNES ANDREAS cognomine DE BUXIS in Ducatu Mediolanenſi anno 1421. natus, ac docente VICTORINO Feltrenſi Mantuae in ſcientiis probe verſatus, in ipſo autem ſtudiorum ſuorum curriculo amicitiam iniit cum NICOLAO DE CUSA, qui deinde ſacro Purpuratorum Collegio adſcriptus, amici ſui non immemor apud NICOLAUM V., CALLIXTUM, & PIUM II. Romam eum accerſiri ſollicitus fuit, & Biblioth. Vaticanae Secretarium effecit. Quem quidem honorem PAULLUS II., & SIXTUS IV. eidem ANDREAE manere voluerunt. Neque obſtat, quod illius nomen inter Bibliothecae Vaticanae Praefectos non legatur

in Germano nomine *Hahn*, seu *Han*, quod latine *gallum gallinaceum* significat, revocatur, sed praetermittatur omnino ab ANGELO ROCCHA, PANVINIO, atque ab ipso CIAMPINIO *in Catalogo, quem anno* 1688. *exaravit* in 4. Etenim praelaudatus ANDREAS non se Bibliothecae Praefectum, sed Bibliothecae Secretarium appellavit; mos enim ab aliquot annis invaluerat *Sacristae*, ut dicunt, officium cum Bibliothecae praefectura coniunctum esse, idque in usu fuit usque ad ann. 1475., quo SIXTUS IV. PLATINAM hoc distincto officio exornavit. Bibliothecae cura remanente penes Secretarium illius, ut observat ANGELUS ROCCHA *in chronihistoria de Secretario Apostolico* impr. *Romae* 1605. *in* 4. *pag.* 72. A PAULLO II. factus Episcopus Accienſis in Corsica, deinde ad Alerienſem Episcopatum translatus *e statu miseriae, & paupertatis*, ut verbis illius utar, paullisper emersit. Romam invecta arte Typographica a CONRADO, & ARNOLDO, ab anno 1468. praeli eorum Typographici curam suscipere non detractavit; Manuscriptos Codices ipse ad examen revocabat, atque praeparabat; quod quidem assidue praestare non desiit usque ad ejus mortem, quam anno 1475. contigisse fidem facit epigraphe ejus monumento inscripta, quae exstat apud S. Petrum ad Vincula. Non desunt, qui edendis exemplaribus eum pravae fidei suspectum habuerint, inter quos RICHARDUS SIMONIUS Tom. II. epistol. pag. 275., ubi scribit: *Lorsque l' Evêque d' Alerie trouvoit des mots qui avoient besoin d' etre traduits il les mettoit en latin, & s' il y en avoit qui ne fussent plus d' usage il en mettoit d' autres*

en

catisque anseribus, qui Romam antiquitus a Gallis invadendam suis clamoribus

en plaee qui fussent plus intelligibles. Mihi doctorum abortivo, ait JOH. ANDREAS, *satis visum est, si in librorum recognitione, qui quidem imperitorum incuria depravati usque adeo erant, ut intelligi nullo modo posse viderentur, adhibito labore mendas si non valerem omnes, aliquas certe tollerem, & amicorum consilio, si qua vertenda essent, efficerem Latina, si nimis obsoleta ad usum, nostrumque sermonem redigerem*. Ita JOH. ALERIENSIS in praefat. *ad Epist. S. Cypriani anni* 1471. Ipsomet ANDREAE ALERIENSIS tempore mala fides haec ipsi objiciebatur; sic v. g. NICOLAUS PEROTTUS Sypontinus Episcopus edidit *Comentariolum in proemium historiae naturalis Plinii Secundi* impr. *Romae apud Svveynheim, & Pannartz anno* 1470. eo fine, ut ipsi objiceret 22. errores, quos in sola Praefatione commiserat. Vehementius autem, in Episcopum Alerienſem insurrexit APOSTOLUS ZENUS *Giornale de' Letterati d' Italia Tom. XXII. pag.* 464., & 465. Hujus autem litterarii vitii reum nemo facit ANTON. CAMPANUM; hinc apud eruditos majori habentur merito, & pretio editiones factae sub hujus directione, quam quae e praelis CONRADI, & ARNOLDI exierunt. Exemplar epistolarum ei adscribunt nonnulli, inter quos ZELTENERUS in *Theatro virorum, qui specialem Typographis operam praestiterunt pag.* 19., & MAITTAIRE *annalium Tomo I. anni* 1733. *pag.* 113. Verum absque fundamento hujus operis auctorem eum faciunt; ex nominis confusione error prodiisse videtur, quo factum est, ut hic ANDREAS idem fuisse credatur

bus minitabantur, in coronide editionum *Ulrici* hac utitur verborum luſione:

Anſer Tarpeij cuſtos Jovis unde quodalis
Conſtreperes Gallus decidit; ultor adeſt
Udalricus Gallus *ne quem poſcantur in uſum,*
Edocuit pennis nil opus eſſe tuis.

Sed adhuc jocoſius exprimitur alibi (49):

Cuſtos arcis Tarpeiae! . . . . . .
Anſer vade foras, nil cuſtoditur in arce,

Pro

---

tur cum Juriſconſulto quodam celebri Bononienſi, qui floruit XIV. ſaeculo. Errori occaſionem praebuiſſe potuit volumen aliquod collectionis epiſtolarum, quas ſuis variis editionibus praemiſit; quas quidem epiſtolas ſic ſeorſim ab operibus in unum volumen redactas mihi videre contigit in Comitatu Burgundiae. Neque potiori jure ei tribuitur volumen *Commentariorum in Aulum Gellium* impr. *Romae anno* 1469. quod MAITTAIRE, & ERNESTUS *Biblioth. Latinae* FABRICII novus editor Tom. III. pag. 7. ex fide *Catalogi Gudiani* ANDREAE adjudicarunt. Porro hic error repetendus videtur ex male intellectis Praefationis GELLII ipſius verbis, ſicut obſervavit eruditus Cardinalis QUIRINI in libro *De optimorum ſcriptor. editionibus* edit. SCHELHORNII pag. 206.

(49) In fine *Librorum* LAURENTII VALLAE *de elegantia linguae Latinae* impr. ab ULRICO, ſed *in domo* JOH. PHILIPPI DE LIGNAMINE *anno* 1471.

Pro pennis poteras hic habitare tuis;
His huc usque fuit nobis opus: horrida clangis:
Debueras Gallos non pepulisse truces:
Ii tibi nunc adimunt pacem, vitaeque quietem;
Vade nisi mavis ventribus esse cibus (50).

Eamdem gloriam *Ulrico Han* alii vindicant Scriptores plurimi. *Michael Fernus* Mediolanensis (51); *Campani* vitam scribens, quam operibus ipsius praemisit, ait: *Cum* Ulricus *quidam* Gallicus *tunc, qui formas in urbem librarias intulisset, interquiescere illum assiduis emendationibus non permitteret &c.*

Jacobus Wimphelingius ex Selestat, XV. saeculi historiographus *in epitome rerum Germanicarum* (52) sic narrat: *Praeterea* Ul-

(50) Hinc etiam hanc optime expressit PETRUS PHILIPPUS ASSIRELLI apud DOMINICUM MANNI in opere, cui titulus: *Primo divolgamento de' libri in Firenze* impr. *in Firenze anno* 1761. *in* 4., ubi sic:

Dum caperent vigiles Romae Capitolia Galli,
Plumiger audaces prodidit Anser avis;
Hinc docet ULRICUS *vindex, ut caulibus absque*
Pennarum biberit chartula pura notas.

(51) Loco, & editione operum Campani superius citat.

(52) Ex editione Basileensi in 8.

Ulricus *cognomento* Han *ſub idem fere tempus formas librarias*, *rem inauditam*, *nec umquam Romanis viſam*, *Romam attulit &c.*

Denique in ſubſcriptionibus librorum jam ab anno 1467. editorum leguntur horum trium Typographorum nomina. Sine ulla veriſimilitudine objiceretur alterum exſtitiſſe artificem his tribus priorem, & fruſtra produceretur editio antiquior illis, quas hi Typographi vulgarunt. Inanes, quae in hanc rem afferuntur, conjecturas ſuo loco refellam. Ex his omnibus ergo probatum manet, *Conradum Sweynheim*, *Arnoldum Pannartz*, & *Ulricum Han* Germanos, primos in Italiam Typographica praela invexiſſe. Cum autem ex his tribus Typographis nihil ante annum 1465. proferri poſſit, hinc manifeſte colligitur, Typographiam Romae inſtitutam fuiſſe, regnante ſummo Pontifice *Paullo II.*, qui exeunte anno 1464. ad *Petri* Cathedram evectus eſt. Quae cum ita ſint, pro apocryphis haberi debent editiones, quae hoc anno antiquiores circumferuntur. Quia vero Veneti, Bononienſes, & Mediolanenſes venditant o-

pera apud ſe edita etiam anno 1465. antiquiora, ſupereſt inveſtiganda aetas, qua in his tribus urbibus nata eſt ars Typographica.

§. I.
De Typographia apud Venetos.

Michael Maittaire annalium Typographicorum percelebris ſcriptor (53) partim amore patriae deceptus, partim auctoritate *Thomaſini*, & *Juſtiniani*, & tandem fide libelli (54) inſpecti apud Comitem *Pembroch* Venetiis impreſſi, & anno 1461. conſignati a *Nicolao Ienſon* Gallo, in eam ductus eſt opinionem, Venetias jam appuliſſe artem Typographicam a *Nicolao Jenſon* hoc anno delatam; verum ab hac ſua coniectura poſtea defeciſſe videtur *Maittaire* (55), nec proinde huic ſcriptori

(53) Impreſſ. Amſtelod. Hage Comitum, & Londini ab anno 1719. ad 1740., & in V. Tomos diſtribut. ſeu in partes IX. in 4. Tom. I. anni 1719. a pag. 36. ad 39.

(54) Cui titulus *Decor puellarum*, impr. Venetiis apud NICOLAUM JENSON in 8. anno 1461.

(55) Tomo I. novae edit. anni 1733. pag. 5., & 6.

ri praeſtanda tanta fides eſt. Sed nuperrimus ſcriptor *Jacobus Maria Paitonus* de litteraria republica optime meritus anno 1756., & iterum anno 1772. libellum edidit Venetiis (56), in quo contra *Saxium* (57), alioſque, ipſa in ſcenam revocans, quae jam *Maittaire* adduxerat teſtimonia, vindicat auctoritatem, legitimamque aetatem libri, cui titulus *Decor puellarum* anni 1461. conſignandi. Argumenta, quibus innititur, expendamus. Affert auctoritatem *Thomaſini* (58) ſcribentis: *Typographiae ars hoc anno* (1459) *Venetias tradu&ta eſt a* Nicolao Jenſon *Germano*. Addit teſtimonium *Petri Juſtiniani* (59), qui ait, *librorum imprimendorum rationem tum primum in Italia re-*

(56) Sub hoc titulo: *Venezia la prima Città fuori della Germania, dove ſe eſercita l'arte della ſtampa*, impr. *in Venezia* in 8. ex 48. paginis tantum.

(57) *Hiſtoriae Typographico-litterariae Mediolanenſis* impr. *Mediolani* una cum ARGELATI Biblioth. Mediolanenſi Tomi primi pag. LXXXV., & ſequent. totius capitis VII.

(58) *In Gymnaſio Patavino* impr. *Utinae* 1654. in 4. pag. 391.

(59) *In Hiſtoria rerum Venetarum ab Orbe condito.* impr. *Venetiis* 1576. in fol. pag. 203.

pertam fuiſſe; *adinventumque ipſum Germani hominis creditur*. *Poſtquam* Nicolaus Jenſon *in eo genere laudis maxime floruit*, *cui multum civitas Veneta debet in inſtituendis alumnis nobiliſſimo commento*; *atque hinc librariae officinae plurimae inſtitutae ſunt*. In auxilium praeterea vocat *Paitonus* (pag. XVIII.) *Marinum Sanudum* (60) dicentem : *In queſta terra* (*di Venezia*) *poi per tutto l' Italia fu principiata l' arte dello ſtampar libri*, *la quale ebbe principio da alcuni Tedeſchi*, *tra quali uno chiamato* Nicolò Jenſon *Tedeſco fu il primo*, *che in Venezia faceſſe ſtampar libri* ; *e guadagnò aſſaiſſimi denari*.

Denique jactat, auctoritatem libri, cui titulus: *Decor puellarrm*, *a* Nicolao Jenſon *Venetiis impreſſo anno* 1461. Verum nullius ſunt ponderis teſtimonia, quae nimia profert confidentia; etenim quae fides habenda eſt auctoribus uno quaſi ſaeculo recentioribus ipſo, quod narrant, facto ? Nulla fide digni ſunt ſcriptores Germanum

(60) *Nelle Vite de Dogi di Venezia*, quae exſtant apud MURATORI *Scriptores rer. Italic.* Tom. XXII. columna 1168. *in vita* PASQUALIS MARIPIERI.

num dicentes eum, qui in libris a se editis saepius se natione Gallum profitetur. Qua ratione fieri potuit, ut Venetias traducta jam fuisset ars Typographica, quae hoc anno dumtaxat a primis inventoribus vix perfectionem acceperat? Quomodo fieri potuit, ut Typographiam Venetias invexerit *Jenson*, quem nequidem anno 1460. hanc artem didicisse ostendetur? Deinde quaenam auctoritas esse potest *Justiniani* historiae Typographicae omnino ignari, qui Typographiae inventionem Germanis negat, & alienae gloriae invidens eam suae patriae tribuit? Nullam certe fidem merentur hujusmodi scriptores caeco patriae amore ducti. Ii autem secuti sunt *Omnibonum Leonicenum* (61), qui *Jensonio* plus aequo blandiens eum *artis librariae mirabilem inventorem* appellat. Quidni vero & una cum eodem scriptore *Jensonem* Gallum non dixere? Minus certe culpandus est *Omnibonus*, qui praeli *Jensoniani* corrector, ob eximiam characterum formam, velut inventorem

(61) In Praefat. QUINTILIANI editi apud NICOLAUM JENSON anno 1471.

praedicabat, quem perfectorem appellare debuiſſet. Sed verius locuti fuiſſent praedicti auctores, ſi *Zovenzonium* ſecuti (62) *Johanni de Spira* gloriam hanc adſcripſiſſent, quam ſibi tanta cum evidentia vindicat.

Primus in Adriaca formis impreſſit aheneis
Urbe libros Spira *genitus de ſtirpe* Johannes.

Nec pluris facienda eſt auctoritas libri, cui titulus : *Decor puellarum*. Ex omiſſo decennio errorem irrepſiſſe manifeſtum fit. Et quidem *Paitonus* (63) ſe vidiſſe teſtatur in Bibliotheca *Apoſtoli Zeni* libros duos, qui titulum, & ſubſcriptionem ita praeſeferebant; primus nempe : *Palma virtutum* impreſſ. *Venetiis apud* Nicolaum Jenſon 1471., alter vero : *Parole devote dell'anima inamorata in meſſer Jeſu anno* 1471. *octavo idus Aprilis apud* Nicolaum Jenſon *Gallicum*. Horum librorum, teſte *Paitono*, eadem eſt forma, idem character,

(62) In Coronide *Epiſtol. familiar.* CICEROUIS *apud* JOH. DE SPIRA editar. anno 1469., cujus etiam praeli corrector erat ZOVENZONIUS.

(63) Pag. XLV. laudati operis.

ćter, & libri illi duo in omnibus perfecte conveniunt cum eo, cui titulus: *Decor puellarum*, cujus hic ſubjiciuntur titulus, & ſubſcriptio (64), quod etiam fatetur idem *Paitonus* de altero ejuſdem farinae libro: *Luctus Chriſtianorum* impreſſ. *apud* Nicolaum Jenſon *an.* 1471. *pridie nonas Aprilis*. Ex eodem charactere, & forma, ac *Decor puellarum*. Item libro VII. operis *Decor puellarum*, mentio fit ultimi hujus libri cap. III., atque aliis in locis memorantur quoque ſequentes libri: *Palma virtutum*; *Gloria mulierum*; *Fior di virtù*: *Bibbia volgarizzata*, ipſo non diffitente *Paitono*. Hinc facile patet, uno eodemque anno editos fuiſſe, quorum poſtremus fuit: *Decor puellarum*, cum in eo de aliis libris mentio legatur. Harum rationum pondus enerva-

(64) En titulus: *Queſta ſie una opera la - quale ſi chiama decor puellarum: zoe honore - de le Donzelle: la quale - da regola forma e modo - al ſtato de le honeſte - Donzelle*. Sic vero ſequitur ſubſcriptio: *Anno a Chriſti incarna - tione MCCCCLXI. per Magi - ſtrum* NICOLAUM JENSON - *hoc opus quod puella - rum decor dicitur felici - ter impreſſum eſt. - Laus Deo*. Forma vero libri eſt in 8., & libri character eſt Romanus eximius.

re conatur *Paitonus* respondens, libros illos citari potuisse in libro: *Decor puellarum*, tamquam manuscriptos; neque enim constat libros illos, de quibus in hoc ipso libro fit mentio, ante 1471 jam typis vulgatos fuisse. At ego mihi persuadeo libros omnes memoratos in opere *Decor puellarum*, jam editos fuisse anno 1471. Ex ipso *Paitono* de duobus primis id constat: nempe *Luctus Christianorum*, & *Gloria delle donne*. Ii exstabant apud *Gaignat*, catalogi num. 898. ex eadem forma, & charactere, licet ultimum ex his operibus careat anni, & Typographi nota. Pro certo habeo quinque illos libellos anno 1471. eo fine a *Jenson* impressos fuisse, ut unum velut corpus efficerent. *Luctus Christianorum* v. g. IV. die Aprilis, & *Palma virtutum* VI. ejusdem mensis apparuere. Quare patet librum *Decor puellarum* referendum esse ad annum 1471., atque in consignandis annis omissum fuisse decennium; qui quidem Typographi lapsus non parum confirmatur auctoritate Domini *De Boze*, qui comparatum Venetiis librum: *Decor puellarum* invenit antiquitus compactum cum octo foliis libri *Luctus Christianorum*.

In

In libro, cui titulus : *Memoires de l'Academie* (65), de *Nicolao Jenſon* legitur, regnante in Galliis *Carolo VII.*, & morti jam proximo, atque ſuccedente ejus filio *Ludovico XI.* ad Principes illos famam perveniſſe artis Typographicae apud Moguntinos inſtitutae, cujus inventionis novitate, & celebritate permoti, Moguntiam miſerunt quemdam *Nicolaum Jenſon* Turonibus rei monetariae peritum. (Res narratur in antiquo MS. *de monetis Galliae antiquis*, quod aſſervatur in Muſeo regio.) Ex qua quidem epocha clare evincitur *Jenſonium* anno 1461. apud Venetos praela movere non potuiſſe; nam *Ludovicus XI.* menſe Auguſto ann. 1461. regnare coepit. Porro omni caret veriſimilitudine, tam brevi temporis intervallo potuiſſe iter agere, artem callere, in Galliam reverti. Id certe omni caret probabilitate, etiamſi ſtatueretur, *Jenſonium* jam ab anno 1459. a *Carolo VII.* Moguntiam miſſum fuiſſe. Tandem creditu difficile eſt, ita ſuo officio, & patriae defuiſ-

(65) *Memoires de l'Academie Tom. VII. Hiſtoriae* pag. 400. edit. in 12.

fuiſſe *Jenſonium*, ut Typographicam artem regia liberalitate edoctus, hanc Venetiis tentandae fortunae cauſſa invexerit, praetermiſſa patria, & abſque eo quod media quaeſiverit, quibus artem ſuam primus apud ſuos experiretur (66).

Tan-

(66) Hac occaſione JENSONII vitam, agendique rationem inquiramus quoad artem Typographicam. NICOLAUS rei monetariae apud Turonenſes peritus artifex circa medium XV. ſaeculi, miſſus eſt Moguntiam a LUDOVICO XI. Galliarum Rege, qui Turonibus ſedem ſuam, aulamque fixerat. Circa annum 1462. in Germaniam profectus eſt JENSON Typographiae diſcendae cauſſa, quam ubi edoctus fuit, ad ſuum Regem rediit (at quo anno incertum) ſuae peritiae experimenta facturus; ſed cum regnum Galliae iis temporibus bellis, inteſtiniſque diſſidiis foret agitatum, Rex conſtituendae Typographiae propoſitum abjecit. Quae cum ita ſint, immerito prorſus artis Typographicae primus auctor in Gallia JENSONIUS praedicatur a multis ſcriptoribus, quos recenſet WOLFFIUS. Neque etiam JENSONII typis tribuendus eſt libellus *Florii de amoribus Camilli, & Aemiliae Turonibus editus anno* 1467., quandoquidem contrarium demonſtravit D. DE-FONCEMAGNE in libro, cui titulus: *Memoires de l'Academie Tom. IV. de l'Hiſtoire* edit. in 12. pag. 490., & recentius confirmavit Abbas DE SAINT LEGER in opere: *Supplements a l'hiſtoire de l'imprimerie de* PROSPER MARCHAND, *Pariſiis* edito ann. 1775. in 4. pag.

Tandem quid ab anno 1461. ad 1471. ipſe egiſſet, cum toto decennio nihil appareat

pag. 118., & ſeq.; ubi utiam FLORII natales, & ipſa, qua flotuit, aetas definiuntur. Quae cum ita ſe haberent, JENSONIUS eam, quam comparaverat, artis peritiam exercere non potuit, qua de re Venetias appulit an. 1469., ubi praeclara artis ſuae monumenta reliquit. Teſtes ſunt eximiae editiones charactere Romano exaratae, primo tamen a Romanis Typographis excogitato; hinc ille character Romani characteris nomen habuit. Verum ille character ab ipſo JENSONIO, & a FRATRIBUS DE SPIRA ad eum perfectionis gradum perductus eſt, ut mutato nomine aliquando character Venetus fuerit appellatus. Sed dolendum eſt tantum virum praela ſua, ſuamque famam deinde foedaſſe adhibito charactere Gothico, qui, durante uno quaſi ſaeculo, non ſine magna Typographicae artis injuria per univerſam fere Europam graſſatus eſt. Hunc quidem characterem Gothicum uſurpavit JENSONIUS, non tamen primus invexit, quod nonnullis ſcribere placuit; hoc enim ipſo charactere jam ab anno 1467. Coloniae uſus erat ZELLIUS. Fortuna commoda poſt breve tempus potitum fuiſſe JENSONIUM ſcribit MARINUS SANUDUS textu ſupra citato, ita ut jam ab anno 1471. ejus ſumptibus plurimi Typographi Venetiis praela inſtituerint, multoſque libros ſacros, & canonicos imprimi curaverint. Quae quidem Typographicae artis perfectio, atque ſollicitudo ita placuit ſummo Pontifici SIXTO IV., ut JENSONIUS Romam vocatus Pontificio Diplomate Palatini

pareat ex ſuis typis profectum ; contra autem ab eo anno 1471. uſque ad 1480. innumeri exſtent libri ab eo editi? Dici certe nequit libros toto decennio editos temporum injuria periiſſe; id enim quoque de altero decennio pari jure fingere liceret. Fabulantur alii *Jenſonium* Romam, aliaſque Italiae urbes petiiſſe ad Typographicos characteres curandos, atque formandos, inter quos recentius *Fournier* in ſuo libro (67), ubi

ni Comitis titulo decoratus fuerit, ut conſtat ex variis litteris, quae leguntur in Decretalibus GREGORII IX. anno 1475. ab ipſo editis. Quod autem Romam veniens artem Typographicam perfecerit, ut placuit POLYDORO VIRGILIO *de inventor. rerum* libr. 2. cap. VII., & MABILLONIO *in ſuo itinere Italico* Tom. I. pag. 65., aliiſque non paucis, id, inquam, caret veriſimilitudine. Et quidem editiones, quas primi Typographi Romani uſque ad ann. 1474. adornarunt, ſua elegantia, & venuſtate longe ſuperant eas, quae ſequentibus annis prodiere, excepta tamen PTOLEMAEI editione anni 1478., & aliquibus poſterioribus editionibus HUGONIS DE GENGENBACH. Veriſſimillimum eſt JENSONIUM circa annum 1483. Venetiis obiiſſe, cum nomen illius in annalibus Typographicis poſt hunc annum amplius non legatur.

(67) Cui titulus : *Manuel Typographique a l'uſage des gens de lettre*, impr. *a Paris en deux vol.* in 8. 1766. Tom. II. pag. 261.

ubi falsa de hoc *Jensonio* exaggerando narrat. Sed haec mera sunt commenta. Immerito igitur contra *D. Smith* (68), & contra Patrem *de Augustinis* (69) insurrexit *Paitonus*; unus enim, & alter eodem jure potuisset hoc *Jensonio* tribuere meritum, sed conveniunt in assignando anno 1471. pro eo impressionis *Decor puellarum*.

Quo igitur anno, & quis primus artem Typographicam apud Venetos invexit? Hunc honorem procul dubio vindicari convenit *Johanni de Spira*, qui circa finem anni 1468. praela Typographica tractare coepit, & plurima reliquit Typographicae peritiae monumenta, cujus sunt generis Annales *Taciti*, *Ciceronis* epistolae familiares, quas eodem anno semel, atque iterum evulgavit. Hinc absque ulla controversia dicere potuit in uno:

Primus in Adriaca formis impressit ahe-
nis *Ur-*

(68) Hic orator erat Regis Angliae apud Venetos. Catalogum suae pretiosae librariae supellectilis imprimi curavit apud PASQUALIUM *Venetiis* 1755. in 4. ad pag. CXVII. primae partis.

(69) In libr. cui titulus: *Scriptori Veneziani*. impr. *Venetiis* Tom. I. 1752. Tom. II. 1754. in 4. ad pag. XXXVII. Praef. Tomi primi.

Urbe libros, Spira genitus de ſtirpe Johannes,
In reliquis ſit quanta vides ſpes, lector, habenda,
Cum labor hic primus calami ſuperaverit artem.

& in altero:

Heſperiae quondam Germanus quiſque libellos
Abſtulit, en plures ipſe daturus adeſt;
Namque vir ingenio mirandus & arte Johannes
Exſcribi docuit clarius aere libros
Spira favet Venetis.

Neque ergo *Nicolaus Jenſon* anno 1461., neque *Erhardus Ratdolt* ann. 1468., nt fert mendoſa inſcriptio *Mataratii* de componendis verſibus (70), artem Typographicam Venetias tranſtulere. Dixi autem *Venetias*; contigiſſe enim potuit, ut eodem anno 1469. *Vindelinus de Spira Johannis* frater, aut Typographus alter, locum fortunae ſuae magis accomodatum quaeritans Veronae edi-

(70) Impr. apud RATDOLT ann. 1468. in fol., quod mihi in *Vaticana* tractare contigit ſub num. 11674., in quo non diffitente MAITTAIRE legi debet 1478. pro 1468.

ediderit *Homeri Batrachomiomachiam*, cujus exemplar unum se vidisse testatur *Scipio Maffejus* (71). Quod vero de *Plinio* Venetiis anno 1469. edito comminiscuntur nonnulli partem aliquam Veronae impressam anno 1468., alteram autem Venetiis anno sequente, id sine ullo fundamento asseritur, non diffidente ipso *Maffejo* (72). Praelo jam sudante subministravit mihi Bibliopola Tomum II. indicis Bibliothecae *Dom. Crevenna* apud Amstelodamenses eruditi Bibliographi impr. anno 1775. in 4. (73), in quo pag. 77., & seqq. meam vidi impugnatam opinionem de Venetorum Typographia. Attenta hujus

(71) In *Verona illustrat.* Part. II. edit. in 8. pag. XXVII.

(72) Ibidem.

(73) In laudem hujus indicis, eruditique possessoris in ea contentae supellectilis dicerem, exoptandum fore, ut ad Italiae, Galliaeque nationes perveniret, quia cum accuratus sit ipsius ordo, notisque perpetuis Bibliographicis libri illustrentur, forsan utrique nationi ideam subministraret ejusdem sequendae methodi; ex qua non levem fructum reportaret respublica litteraria. Optandum tamen foret, ne Bibliographiae instructivae GUILLELMI DEBURE methodo nimis inhaerens ejus errores quandoque non adoptasse.

jus facta lectione, *Paitoni* argumenta reperi sub altero quandoque aspectu repraesentata, sed in rei veritate nihil novi, ideoque antea dictis nihil adjiciam.

§. II.

De Typographia apud Bononienses.

EX mendosa unius libri subscriptione colligere non dubitarunt aliqui, jam ab anno 1462. Bononiae cusos fuisse libros aliquos. Porro liber, qui huic errori occasionem dedit, fuit *Ptolemaei* Cosmographia, in cujus fine legitur: *Impressa opera* Dominici de Lapis *civis Bononiensis anno MCCCCLXII. mense Junii XXIII. Bononiae*. in fol. cum XXVI. Tabulis Geographicis. Haec autem epocha falsitatis, & anachronismi facile redarguitur.

I. *Balthassar Azzoguidi* Bononiae anno 1471. impressit *Ovidii* libros Metamorphoseon, in quorum fine legitur: Baltassar Azoguidus *Civis Bononiensis honestissimo loco natus primus in sua Civitate artis impressoriae inventor ..... impressit MCCCCLXXI.* Qui ergo fieri potuit, ut

Azo-

Azoguidi se primum in sua Civitate Bononiensi Typographiae inventorem appellaverit, si novem ante annis ipsi praeivisset *Dominicus de Lapis*.

II. Litterati omnes Bononienses, ne *Orlando* quidem excepto, ante annum 1471. nihil cusum Bononiae fuisse affirmant; & praeterea nullam hujus *Dominici de Lapis* editionem, (quae nomen ejus praeseferat,) hucusque inventam esse constat anno 1477. antiquiorem. Eo nempe anno editum est ipsius typis opus *Benedicti de Nursia de conservanda salute*, una cum *regimine sanitatis Thadaei de Florentia*, *industria Dominici de Lapis*, *sumptibus tamen Sigismundi a Libris*, *Civis*, *atque Bibliopolae Bononiensis*. Quid ergo egisse dicendus est *Dominicus de Lapis* ab anno 1462. ad 1477.? Idem sane fieri potest judicium, quod de *Jensonio* pronuntiarunt aliqui, hunc scilicet characteribus perficiendis invigilasse. Ast perinde non valeret haec pro ipso, ac pro *Jensonio* allegata ratio, quia hic eximios characteres exhibebat; ille vero imperfectissimos in sua *Ptolemaei* editione protulit.

III. Hujus Geographiae editores Vicen-

tini anni 1475. (74) non tantae incuriae rei credendi sunt, ut in editone sua adornanda penitus ignari fuissent hujus Bononiensis vulgatae cum tabulis, dum interim illi suam publicarent absque tabulis geographicis; ita ut Bononiensem potius comparassent viri litterati prae Vicentina.

IV. Fronti operis praefixus est prologus, in quo de hujus editionis elegantia fit mentio, & inter viros doctos, qui suam in hac promulganda editione operam collocarunt, nominatur *Beroaldus*, de quo dicitur: *extremam emendationis manum imposuit Philippus Beroaldus, qui Plinii, Strabonis, reliquorumque id genus Scriptorum geographiam cum Ptolemaeo conferens, ut esset quam emendatissimus laboravit &c.* Quibus verbis clare innotescit anachronismus. Cum enim *Philippus Beroaldus* ann. 1453. natus esset, fieri oporteret, ut *Philippus* adhuc novennis geographiae bene peritus, *Ptolemaei* Cosmographiam cum omnibus geographis conferre,

(74) *Impressa ab* HERMANNO LEVILAPIDE *Colonienſi Vicentiae*. BENEDICTO TRIVISANO, & ANGELO MICHAELE *Praesidibus MCCCCLXXV. edib. Septembris* in fol.

re, eamque emendare potuiſſet, quae quidem doctrina in tenera adhuc aetate fidem ſuperat. Et quidem *Beroaldum* novem dumtaxat annos natum fuiſſe colligitur ex duobus ipſius vitae ſcriptoribus, quique ejus diſcipuli fuerant, nempe *Johannes Pinus* Toloſanus (75), & *Bartholomaeus Bianchinius* (76), quorum primus *Beroaldum* obiiſſe ſcribit Bononiae die 17. Julii anni 1505., ſeque oculatum mortis teſtem affirmat: ſecundus vero ipſum natum eſſe refert ſeptima die Novembris anni 1453., & mortuum aetatis ſuae ann. 51. menſib. 8. dieb. 9. Haec autem mors incidit in diem 17. Julii 1505., ſicut retulit *Pinus*. Porro a numero 1505. demptis annis 51., natus eſt *Beroaldus* anno 1453., ac proinde *Beroaldus* anno 1462. novem annos non excedebat, qua aetate *Ptolemaei* editioni curandae par non fuit.

V. Tandem poſſet etiam objici ſignaturarum uſus in hac editione adhibitus, qui cum apud celebriores Europae Typographos

(75) In vita PHILIPPI BEROALDI impreſſa *Bononiae* anno 1505. in 4.

(76) In ſua Praefatione ad SVETONIUM impr. *Venetiis* anno 1510. in fol.

phos tardius apparuerit, non parum difficultatis, imo non mediocrem falsitatis suspicionem inducit. Quae cum ita sint, sua apud omnes admissa laude, & epocha fruatur urbs Bononiensis anni 1471. Quo autem positive anno *Dominicus de Lapis* suam ediderit *Ptolemaei* Cosmographiam, dictu difficillimum est.

Si *Georgio Martino Raidelio* (77), multisque aliis litteratis viris fidem habeamus, annum 1482. assignabimus. Si vero characterum ruditatem attendamus, haec editio ad annum circiter 1476. rejicienda. Licet autem in tabulis geographicis hujus editionis ea desideretur elegantia, qua fulget Romana anni 1478., attamen earum compositio, ac forma ita singularis est, ut in hoc genere nihil insignius exstiterit, ideoque pro picturae, & sculpturae historia desideraretur eruditus, qui compositionem hanc exponeret. Qui autem rarioris hujus cimelii notitiam desideraverit, con-

(77) *In Commentar. Historico litterario de* PTOLEMAEI *Geographia, ejusque codicibus tam manuscriptis, quam impressis. Noribergae* impr. ann. 1737. in 4. cap. VI. pag. 39.

consulat *Debure* (78), aut exquisitam librorum supellectilem *D. De Rossi* Excellentissimi Principis Corsini a secretis Romae, ubi inter alia rarioris notae exemplaria exstat haec *Ptolemaei* editio.

§. III.

De Typographia apud Mediolanenses.

JO*sephus Antonius Saxius* Ambrosianae Bibliothecae Praefectus historiam Mediolanensem Typographicam scribens (79) ab anno 1465. primum exstitisse Mediolani artem Typographicam asserere non dubitavit (80), deceptus auctoritate *Salmasii*; qui in sua Praefat. ad Commentaria in *Historiam Augustam* (81) sic ait: *Ecce autem cum in eo essem, ut de nova editione Augustae historiae serio cogitarem, & hoc cum maxime agerem, antiquam illius e-*

(78) *Bibliographie instructive*, impr. *a Paris* 1769. *Tom. I. Historiae num.* 4192.

(79) Impressa *Mediolani ann.* 1745. in fol.

(80) Dicti operis pag. 85., & seqq. pag. 115., 456., & 559.

(81) Impressa *Parisiis sub signo navis anno* 1620. in fol.

ditionem Mediolani curatam utendam mihi commodavit optimus, & doctissimus Juretus *noster, eam ego meliori jure principem editionem vocare possem, quam quae hoc nomine, ac titulo ab erudito* Casaubono *donata est* (82). *Mediolanensis enim illa totis viginti quinque annis ista Veneta, qua* Casaubonus *usus est, quam pro principe habuit, anteriorem esse, liquida fide comprobatur.*

Hac *Salmasii* sententia jam ante *Saxium* eruditi plurimi in eumdem errorem perducti fuere. Sic *Daniel Mollerus* (83) primam hujus historiae editionem refert ad ann. 1455., inductus fide editionis Hachianae, quae in nota *Casauboni* invexit numerum 1480. loco numeri 1490., qui numerus est in editione *Casauboniana* expressus, & unde sequitur annus 1465. Eadem auctoritate deceptus in eumdem errorem incidit *Fabricius* in sua Bibliotheca Latina editionis tam Hamburgensis, quam

(82) Editio facta *Venetiis apud Johan. Rubeum de Vercellis anno* 1490. in fol.

(83) *In prima Dissertatione de Scriptor. historiae Augustae, quae est de* SPARTIANO impr. *Altorfii* 1687. pag. 15.

quam Venetae. Hoc vero mendum correxit recentior *ejusd. Biblioth.* editor *Erneſtus* (84). Ex dicendis autem facile colligetur a *Saxio* Typographiae apud Mediolanenſes hanc, quam dicit, antiquitatem falſo tribui; ſuam enim ſic texuit hiſtoriam *Saxius*; Sweynheym, & Pannartz *a Germania Romam iter facientes primum conſtiterunt in hac noſtra urbe, ibique opus hiſtoriae Auguſtae elaborarunt; dein aut loci religione, aut amicitiae gratia, vel ſpe praemii ditioris Sublacenſe Monaſterium adierunt; hoc conſentaneum eſt opinari ex temporis, & viarum circumſtantiis.*

Igitur *Salmaſius* praecipitanter numeraſſe dicendus eſt illos 25. annos, quorum loco 15. dumtaxat anni legendi ſunt, cum nullibi in tota Europa talis editio umquam apparuerit; niſi *Salmaſius* id dixiſſe credatur innixus fide cujuſdam notae manuſcriptae alicui horum auctorum editioni adjectae; quod quidem ſibi contigiſſe narrat *Erneſtus* (85); aut dicendum eſt *Salmaſium*

(84) *Ex editione Lipſienſi anni* 1774. in 8. pag. 98.
(85) Ibidem pag. 99.

ſium uſum fuiſſe una tantum parte collectionis variorum ſcriptorum hiſtoriae Romanae Mediolani editae anno 1475. (86); in cujus principio exſtat *Svetonius*, qui terminatur ſubſcriptione anni 1475. 20. *Julii*. Sequuntur deinde ſex ſoliti ſcriptores, in quorum fine nulla legitur ſubſcriptio, ſed interjecta pagina alba ſequuntur *Eutropius*, & *Paullus Diaconus*, in quorum fine legitur ſubſcriptio anni 1475. undecimo Kal. Januarii. Fieri ergo potuit, ut *Salmaſii* exemplar *Svetonio*, & *Paullo Diacono* caruerit, quo in caſu abfuiſſet omnis anni nota. Exſtare ſimile exemplar apud ſe teſtis eſt *Erneſtus* modo laudatus cum nota manuſcripta anni 1465., aut etiam uni tantum hujuſmodi exemplari impoſtoris manu adſcriptam anni 1465. notam, ſicut ſaepe, & adhuc recenter (87) uſu-

(86) Impr. *apud Philippum de Lavagnia anno* 1475. in fol.

(87) Singularia hujus impoſturae facta referunt SAMUEL ENGEL *Biblioth. ſelectiſſimae* pag. 43. MEERMAN *origin. Typograph.* Part. II. pag. 16., & 243., & *Abbas de Saint Leger Supplement a l' hiſtoire de l'imprimerie de* PROSPER MARCHAND impr. *a Paris* 1775. in 4. pag. 157. Aſt paucis ab hinc annis Pariſiis exſtabat

uſuvenit, poſſet ſuſpicari. Ceterum variantes lectiones, quas tamquam extractas ex editione anni 1465. ſupponit *Salmaſius*, eaedem omnino ſunt, ac quae in editione Mediolanenſi anni 1475. leguntur.

Praeterea nullus certae fidei codex cum anni nota Mediolani editus apparuit ante ann. 1470. Quod enim de *Aratore*, *& epiſtolis illuſtrium virorum anno* 1469. *Mediolani impreſſis* ſcribit *Saxius*, fabuloſum eſt (88). Inſuper *Philelphus* Mediolani degens,

ſtabat quidam natione Italus, cognomine LAVINI, apprime hac in re eruditus, ſed Sabaudiae Rex paullo poſt ipſum perpetuo carcere mancipavit.

(88) Aratoris Subdiaconi poeſis de inſignibus Apoſtolorum Actibus impr. Mediolani 1469. non exſiſtentia facile conſtat. Fons enim, unde opus illud hauſit SAXIUS, eſt index Bibliothecae Barberinae curis LUCAE HOLSTENII diſpoſitus Tom. I., in quo ita reipſa annuntiatur. Cum autem ope illius indicis librum in Bibliotheca perquirerem, auctorem hunc reperi quidem, ſed impreſſum Mediolani in 8. anno 1569., non vero 1469. Hinc redicula mihi videtur aſſertio auctoris *Hiſtor. litterariae Italicae* impr. *Mutinae anno* 1773. Tom. III. pag. 362., ubi inter principes editiones, quibus uſus eſt in ſuo adornando opere, hanc allegat Aratoris editionem Mediolanenſem anni 1469. Pariter exſiſtentia epiſtolar. illuſtr. virorum anno 1469. Mediolanenſi

gens, in ſuis epiſtolis Typographiae jam ab anno 1465. Mediolani inſtitutae mentionem non praetermiſiſſet. Et aliunde anno 1475. Scriptores illi hiſtoriae auguſtae Mediolani reipſa impreſſi ſunt, & editio illa neminem eruditum latet; in multis enim Bibliothecis reperitur. Tandem quod ſuam ſententiam tempori, ac itineri *Conradi*, & *Arnoldi* magis convenientem affirmet *Saxius*, merum eſt ingenii commentum. Numquid enim illi Typographi iter facientes praela exercere debuere Mediolani potius, quam Genuae, Taurini, Parmae, & ceteris in urbibus, quae quidem Typographis ad Monaſterium Sublacenſe iter facturis perinde occurrebant. Si cum omni-

diolani impreſſarum, ſuppoſitia eſt, quia non allegatur a SAXIO, nec alia innititur auctoritate, quam BELGHEMII, quae ſola nullius eſt ponderis. Idem dicendum de PLUTARCHI operibus latine impr. Mediolani anno 1467., & de XENOPHONTIS Cyropaedia ex verſione FRANCISCI PHILELPHI 1467., quorum verſionis annus pro eo impreſſionis habitus eſt, ut conſtat ex catalog. SMITH. pag. 513. Idem dic de BAPTISTAE FULGOSI anteros impr. apud PACHEL ann. 1469. Error enim provenit ex cifrarum inverſione, quia PACHEL reipſa anno 1496. librum hunc impreſſit, & Mediolani anno 1478. coepit imprimere.

omnibus aliis consentiens scripsisset *Saxius*, ad annum 1470. annales Typographicos Mediolanenses rejeciſſet, nec, ut verbis ipsius utar, *suos Lectores per desertas Lybiae arenas* deduxisset, nec justam incurrisset Patris *Paitoni* (89) reprehensionem.

(89) In sua dissertatione superius laudata, ubi de *Typographia Veneta*.

CA-

CAPUT TERTIUM

De Typographia apud Sublacenſes in Agro Romano.

ARtem Typographicam apud Italos ſub *Paulli II.* Pontificatu a Germanis inventoribus invectam fuiſſe, in capite ſuperiori demonſtratum eſt. Quia vero *Lactantii opus de de Divinis inſtitutionibus* apud Sublacenſes Monachos editum anno 1465., liber eſt omnium antiquiſſimus, qui hactenus e typis Italicis prodiiſſe inveniatur, hinc manifeſte colligitur, ditionem Eccleſiaſticam prima fuiſſe apud Italos Typographiae incunabula. Germani artifices haud prius anno 1464., nec tardius principio anni 1465. Sublacenſe Monaſterium appulere. Decem enim menſium tempus parandis praelis ſatis fuit, abſque eo, quod cum *Peutingero*, & *Polydoro Vergilio* dicatur (90), Typographos Germanos ſecum Romam attuliſſe libros jam in Germania cuſos. Quia vero ex annalibus Typo-

(90) Apud WOLFII *monument. Typogr.* Tom. I. pagina 345.

pographicis certo conſtat, *Conradum Sweynheym*, & *Arnoldum Pannartz* una cum *Uldarico Han* priores fuiſſe Typographos, qui in Italiam advenerint, ſicut & conſtat ex ſubſcriptionibus librorum ab ipſis impreſſorum, hinc evidens eſt ex his tribus aliquem, ſi non omnes, Monaſterium Sublacenſe appuliſſe, ibique artem ſuam exercuiſſe.

Probabile ergo quammaxime eſt, Germanos Typographos in *Schoifferi*, & *Fauſti* (91) officina edoctos, Moguntia profectos quoſdam operarios ſecum adduxiſſe, & ſimul iter ſuſcepiſſe (92), eoſque forſan accerſitos fuiſſe a Card. *de Cuſa* (93), eorum conterraneo, qui obiit die XI. Augu-

(91) Ut indicant ſubſcriptiones epiſtolar. SENECAE anni 1475., & inſtitutionum JUSTINIANI ejuſdem anni, in quibus codicibus ſtilo uſi ſunt, eademque formula, ac FAUSTUS, & SCHOIFFER in primis editionibus Moguntinis.

(92) Ut docet eorum teſtimonium relatum capite ſecundo pag. 24.

(93) Hic enim referente JOH. ANDREA in Praefatione ad PAULLUM II. praemiſſa Tom. I. epiſtolar. S. HIERONYMI tam anni 1468., quam 1470., *nihil tantopere peroptabat quam ut haec ſancta ars, quae orirî tunc in Germania videbatur, Romam deduceretur.*

guſti anni 1464. Cum vero neminem haberent Romae, quem noſſent, & a quo benigne tractarentur, & liberali donarentur hoſpitio, veriſſimillimum eſt, hac de cauſſa eos apud Sublacenſes Monachos, quos magna ex parte ſcirent eſſe Germanos (94), patrocinium quaeſiviſſe. Nec ſuo officio defuere Sublacenſes, quibus probe perſpecta erat artis hujus utilitas. Hinc patriae gloriae, & rei utilitati conſulentes advenas benigne acceperunt, donec tandem contigit Romae Maecenatem nanciſci, qui artis Typographicae pretium, & Typographorum peritiam Summo Pontifici manifeſtaret.

Qua autem via Romam, adeoque Sublacum perrexerint, an omnes ſimul, an ſeorſim iter fecerint, incertum omnino eſt. Quinam ex his tribus Sublaci praelum inſtauraverit, dictu difficile eſt, cum in libris apud Sublacenſes editis praetermiſſum ſit Typographi nomen. Quare in hac re-

(94) Religioſos illius Monaſterii maxima ex parte eo tempore fuiſſe Germanos teſtatur Cardin. QUIRINI in appendice ad vitam PAULLI II. editionis SCHELHORNII pag. 75.

rerum dubitatione *Conrado*, & *Arnoldo* primitias artis in hoc Monaſterio vindicare videntur rationes plurimae. Ex teſtimoniis *Johannis Philippi de Lignamine*, & *Polydori Vergilii* (95) *Conradus*, & *Arnoldus* primi ex ordine in narrationis progreſſu appellantur. *Johannes Andreas* in epiſtola ad *Paullum II.* (96) ſcribit eoſdem Typographos *ſemel*, & *iterum Lactantii* opus *prius* edidiſſe; quod quidem falſum omnino eſſet, niſi ſermo ſit de editione Sublacenſi anni 1465., & Romana anni 1468. Iidem Typographi in ſupplici libello ad *Sixtum IV.* anni 1472. (97) librorum, quos ediderant, exhibent catalogum una cum numero exemplarium, quae 275. pro editionis unius quolibet volumine eſſe conſueverant (98). Pro *Lactantio*

(95) Capite ſecundo relatis pag. 24.

(96) Praefixa Lactantio Romae ab illis opificibus anno 1470. edito.

(97) Qui exſtat in Tom. V. Bibliorum cum Commentariis Lyranis, impr. Romae 1472., & quem capite ſequenti referemus.

(98) Exceptis DONATO pro puerulis, SPECULO VITAE HUMANAE, defenſione Platonis a BESSARIONE elaborata, & PLINII Hiſtoria naturali, quorum tercenta exemplaria edita ſunt.

tio 825. exemplaria numerantur, qui quidem numerus indicat *Lactantium* tertium fuisse editum, Sublaci nempe anno 1465., & Romae annis 1468, & 1470. Editionem *S. Augustini de civitate Dei* triplicem quoque numerant, nempe Sublacensem anni 1467., & duas Romanas annorûm 1468., & 1470. Librorum etiam *Ciceronis de Oratore* exemplaria 550. numerantur, eaque ad editionem Sublacensem referuntur, & ad Romanam anni 1469. Haec vero luculenter confirmantur auctoritate *Gasparis Veronensis* supra citata (99), ubi recensens tres priores libros a primis Typographis Romanis editos, tres Sublaci impressos reipsa ex ordine nominat. Quae cum ita sint, facile mihi persuadeo, *Conradum*, & *Arnoldum* adjunctis sibi operariis in Monasterio Sublacensi praela adornasse, e quibus sequentes libri prodiere.

Donatus pro puerulis (100), cujus tercen-

(99) Capite secundo pag. 22.

(100) Hunc ordine primum appellant in indice librorum a se vulgatorum usque ad ann. 1471., licet huc usque a nemine visus fuerit. Quod enim de Biblio-

centum exemplaria edidere Typographi, & a quo imprimendi principium fuiſſe referunt.

Lactantius de divinis inſtitutionibus anno 1465. (101), praetermiſſo Typographi nomine.

M. Tullii Ciceronis libri de oratore ad Quint. Fratrem, omiſſis loco, & anno (102).

Libri S. Auguſtini de civitate Dei anno 1467. (103) abſque loci nomine.

Interim vero quid egit *Ulricus Han*? numquid toto hoc tempore otioſus extitit? Id

E cer-

bliopola narrat Cardin. QUIRINI pag. 234. ex edit. SCHELHORNII, qui retulit ad ipſum, ſe unum tractaſſe, ſed in tabulis fixis, non vero mobilibus characteribus impreſſum, videtur a veritate alienum, & contrarium fortunae horum opificum. Non tamen repugnat, ſicut obſervat MEERMAN *Origin. Typograph.* Part. II. pag. 245.

(101) Cujus typum exhibuimus figura prima, & deſcriptionem in Part. II. hujus operis, ad ann. 1465.

(102) MAITTAIRE *Annal. Typogr.* Tom. I. anno 1733. pag. 763., & novus editor catalogi Biblioth. Harlejanae Tom. I. num. 5016. ex characterum conformitate adjungunt huic libros de claris oratoribus ad Brutum, & de optimo genere dicendi ad Brutum.

(103) In cujus fine hae exſtant litterae: GOD AL

certe de ſubtili ingenio, quod majora meditabatur, id ſuſpicari minime licet. Apud Cardinalem *de Turrecremata*, qui Monaſterii Sublacenſis tunc erat adminiſtrator (104), patrocinium quaeſivit, atque invenit: quo fretus Romam perrexit, & ab eodem Cardinale litteratorum Maecenate non ſolum benigne tractatus eſt, ſed etiam rogatus, ut ſuas de picturis in clauſtro S. Mariae ſupra Minervam aſſervatis meditationes incideret, atque imprimeret. Quare *Ulricus Han* prius *Conrado*, & *Arnoldo* Romam pervenit, ac laboravit, quo tempore apud Sublacenſes praela ſudabant. Ubi autem de *Ulrici* fortuna, nempe de invento Maecenate, ad Sublacenſes Typographos perlatum eſt nuntium, ii ſtatim anxii & ſolliciti, de novo charactere tam Graeco, quam Latino quadratae formae elegantioris adornando cogitarunt, atque huic characteri *Romani* nomen deinde adhaeſit; characteris enim Latini forma, qua hactenus uſi fue-

(104) Referente AENEA SILVIO in Comentar. de rebus ad eum pertinentibus lib. VI. edit. Francofurt. anni 1614. pag. 161., & 167.

fuerant, licet non inelegans, oculos tamen ſuo nitore non ſatis delectabat.

Recentioris igitur characteris elegantia ſub finem anni 1466., aut ineunte 1467., ad eum perducta eſt gradum, vulgatiſque per urbem variis exemplaribus librorum, quos in Sublaco ediderant, ita inclaruit, ut illuſtres Maecenates, duos magni nominis *Fratres de Maximis* ſibi facile comparaverint. Par nobile fratrum *Petrus*, & *Franciſcus de Maximis* in ſuis aedibus Typographis Sublacenſibus, & Typographicae arti hoſpitium conceſſere. Hos autem Typographos invidiae animo in *Ulricum* excitatos Romam properaſſe facile crediderim, ductus praeſertim hac eorum inpoſterum erga ipſum agendi ratione. Neque enim patienter ferebant *Ulricum* Romae fuiſſe primum Typographiae auctorem; fortunaeque ſuae, ac famae conſulentes diverſos libros a ſe Sublaci editos, & in urbe jam vulgatos ſibi vindicarunt, aliaque opera charactere, & forma elegantiori in hunc finem meditantes. Quamvis anno 1467. in editione *S. Auguſtini* eodem uſi ſint charactere, quod in *Lactantii* editione adhibuerant, tamen tanta praecipita-

tione movebantur, ut iis ſat adhuc temporis, atque otii fuerit pro novo charactere cudendo, & pro comparandis omnibus praerequiſitis ad imprimendas *Ciceronis* epiſtolas familiares, nulla quidem menſis, ac diei nota conſignatas, quas tamen facile conjectamur anteriores maditationibus Cardinalis *de Turrecremata*, quae ultima die Decembris ejuſdem anni dicuntur abſolutae. Sublacenſium Typographorum invidiam id procul dubio excitaſſe credendum eſt, quod Cardinalis *de Turrecremata* ad ſuum edendum librum *Ulrici* opera uſus fuerit. Quam invidiam non parum auxiſſe debuit ſumma *Ulrici* peritia, qua in figuris incidendis excellebat, quam quidem peritiam teſtantur figurae, quibus ſuam priorem editionem exornavit.

Cum autem Romam ita feſtinanter profecti fuerint, hinc valde probabile eſt, eos de ultima manu *S. Auguſtino de civitate Dei* imponenda ann. 1467. parum fuiſſe ſollicitos, ſed quod reliquum erat laboris, commendaſſe peritiori eorum operario *Johanni* ſcilicet a *Laudenbachio*, cui facultatem fecerunt vulgari Doxologiae ſubjungere primam ſui nominis litteram. Hac ra-

ratione facile explicantur ultimae litterae, quae ſunt coronidis inſtar:

G O D
A L

Gratias Omnipotenti Deo A Laudenbachio. Quarum litterarum explicatio verior appareret ea, quam tradit *Scriverius* (105). Hinc etiam patet ſenſus epitaphii a *Davide Chytraeo* relati (106), in quo *Johannes*

E 3 *a Lau-*

(105) *Apud* WOLFFIUM *Tom. I. Monumet. Typogr. pag.* 368., ubi occaſione harum quinque litterarum haec ait: *Veriſimile enim eſt hunc librum a* BELGA *quodam aut conſcriptum eſſe, aut impreſſum. In hanc ſententiam adducit me vox illa* GOD, *quae in fine legitur, quam ſi Germanus aliquis ſcripſiſſet, aut impreſiſſet, non* GOD, *ſed* GOTT *legeres. Sed alia quoque ratione aenigma illud* G O D *explicari poteſt. Quid? ſi librarii,*
A L
vel Typographi hic lateat nomen GODSCHALCUS *Alemannus vel* GODEFRIDUS *Alemannus*. Hinc patet, SCRIVERIUM conjecturaliter locutum fuiſſe, nullamque propoſuiſſe rationem ſuae conjecturae, cui firmiter inniti poſſit.

(106) *In deliciis variorum itinerum editionis anni* 1599. *pag.* 307. Epitaphium autem, quod exſtat Heidelbergae, verſificatione Germanica ſic habet:

Hans von Laudebach iſt mein nam
Die erſten Biicher truekt ich zu Rom
Bitt vor mein ſeel, gott gibt dir Lohn.

Starb

a Laudenbachio dicitur *primus, qui Romae libros impreſſerit*. Quae cum ita ſint, certum videtur *Conradum*, & *Arnoldum* Coenobio Sublacenſi valedixiſſe, & ob praedictas rationes properaſſe Romam, ubi *Ulricus Han* eos jam praeceſſerat.

Starb 1514. *auff Sanct Steffan.*
Quae latine ſignificant ſequentia:
Ego, qui jaceo, Joh. Laudebach me appello:
Tranſtuli primus Typographiam Romam.
Orate, ut in aeternum anima mea det gloriam Deo.
Obiit die S. Stephani 26. *Decembris anni* 1514.

CA-

CAPUT QUARTUM

De Typographia Romam translata.

HActenus ſecuti ſumus *Conradum*, *Arnoldum*, & *Udalricum* per agrum Romanum iter facientes, & artis ſuae veſtigia relinquentes; neque tamen aliquid detractum volumus relatis in capite ſecundo teſtimoniis, quae primam in urbe Roma Typographiae ſedem conſtituunt. His enim temporibus Romae nomine non ſola urbs intelligi ſolebat, ſed ipſa quoque *Campania Romana*, in qua ſitum eſt Sublacum. Jam vero horum Typographorum geſta in Urbe perſequamur. *Ulricus Han* (107), (quod jam obſervavimus) Typographorum primus Romam appulit, ibique apud Cardinalem *de Turrecremata*, dum totus in figuris ligneis ejus operi adaptandis erat occupatus, *Conradus*, & *Arnoldus* hanc tarditatis occaſionem arripuerunt, ut primum praeli opus in lucem

(107) Cardinalis QUIRINI pag. 149. non diffitetur plurimorum eſſe ſententiam, ULRICUM HAN Romae ante CONRADUM, & ARNOLDUM impreſſiſſe.

ederent, saltem quod anni nota fuerit consignatum. Neque enim mihi facile persuadeo *Ulricum Han* ab opere Cardinalis *de Turrecremata* statim artis suae initium, atque experimentum feciſſe, neque alterius opuſculi antea periculum feciſſe, neglecta, ut facere ſolebat, anni nota. Conveniebat enim, ut ſuam in hac arte peritiam, praevia operis alicujus editione teſtatam faceret Cardinali, ut ipſi facto comprobaret, non perperam ſua gratia ipſum donaſſe. Neque eſt, quod objiciatur Cardinalis meditationes jam opuſculum eſſe mole ſua valde exiguum. Mole ſua, ut verum dicamus, exiguum eſt; ſed opuſculum illud plurimis auctum erat figuris (opus non exigui laboris, & temporis pro iis temporibus) atque peculiari editum charactere, quem pro hoc ſolo opere paraverat, & in nullius operis editione poſtea adhibitus eſt, ſed pro repetitis ejuſdem opuſculi editionibus unice conſecratus (108). Verum ſi con-

(108) Attamen quandoque in ſuis primis editionibus uſus eſt illo charactere Meditationum pro capitalibus, aut primis capitum lineis. Hujus dedi ſpecimen in figura ſecunda exhibente typum, quem adhibuit ille

concedamus *Conradum*, & *Arnoldum Ulrico* priores fuiſſe editionis tempore, in apparatu tamen Typographico longe excellentior fuit *Ulricus*, ita ut a nullo alio hujus aevi artifice fuerit ſuperatus (109). Quam ob cauſſam cum poſt mortem Cardinalis *de Turrecremata* anno 1468. *Joh. Andreas Alerienſis* Epiſcopus *Conradi*, & *Arnoldi* Typographicam officinam ſuſcepiſſet protegendam (110). *Ulrico Han* non defuit Maecenas

le artifex in edendis libris CICERONIS *de Oratore*, ubi haec verba lineae primae *Cogitanti mihi ſaepe numero*, ſunt ex eo Meditationum charactere.

(109) Eminet enim character ille, quem jam ab anno 1469. in uſum adhibuit, ac in cauſſa fuit, cur inde character quadratus Romanorum artificum ſortitus fuerit nomen characteris Romani uſque in hanc diem. Hinc gratis aſſeruit D. CREVENNA *Indicis Biblioth. propriae* Tom. II. pag. 77. *Si au moins le Decor puellarum n' a pas eté imprimé a Veniſe* JENSON *aura toujours la glorie d' avoir eté le premier imprimeur qui abandonant les caracteres Gothiques ait inventé les beaux caracteres ronds &c.*

(110) Hanc autem uſque ad SWEYNHEYM obitum una cum THEODORO GAZA (de quo dicit : *Hic eſt meae navigationis Septentrio ; abſque* THEODORO *meo non magis quidquam aggredior, quam abſque genio meo*) ſua protectione fovit. Hinc exortae ſunt innumerae illae editiones, quas Parte II. referimus.

nas *Antonius Campanus Aprutinus* Episcopus, hominum sui temporis eruditissimus (de quo supra cap. II.) qui adjumenta *Ulrico* subministravit tanto studio, ut *Ulricus* (haec sunt ipsissima *Michaelis Verni* in vita *Campani* verba) *die, noctuque ipsum ab assiduis emendationibus non relaxaret*. Hanc laboris assiduitatem testatur magnus, & fere incredibilis librorum numerus, quos ad *Campani* usque discessum edidit. Qua autem aemulatione certatim imprimebant *Conradus*, & *Uldaricus*, eadem quoque, nobiliori tamen, decertabant duo praelaudati Directores, ac Correctores in edendis, & diligentius recognoscendis melioris notae manuscriptis Codicibus; quo in genere laudis a *Campano* superatum fuisse *Andream*, nemo negabit (111); idque *Ulrici* fortunae plurimum profuit pro celeriori librorum suorum venditione, qua factum est, ut eas numquam passus fuerit rerum suarum angustias, ad quas *Arnoldum*, & *Conradum* jam ab anno 1471. re-

(111) Alterationis enim vitium, & diligentiae defectum objecerunt JOH. ANDREAE multi viri eruditi; quod jam supra cap. II. pag. 29. adnotavimus; nihil vero hujus generis umquam de CAMPANO dictum est.

redactos fuiſſe mox conſtabit ex ſupplici libello *Joh. Andreae* ad *Sixtum IV.* Quin imo certum eſt *Ulricum* uſque ad annum 1477. artem ſuam ſummo honore, ac decore exercuiſſe (112), licet ejus praela pro variis temporum, fortunaeque conditionibus modo ſolus adminiſtraverit, modo adjunctis ſumptuum ſociis, & modo tandem aere, & expenſis alterius, ſicut contigit ipſi pro *Philippo de Lignamine* (113) a diſceſſu *Antonii Campani*.

Anno 1470. *Campanus* una cum Card. *Papienſi* in Germaniam profectus, ſicque Maecenate ſuo orbatus, hiſtoriae, poeſi, & eloquentiae valedixit, & ad Juriſprudentiam, ac Theologiam ſeſe convertit *Ulricus* majoris fortunae, & lucri ſpe adductus; ſed potius defectu manuſcriptorum diſpoſitorum eo modo, quo ipſi eadem praeparare ſolebat *Campanus*; ſervavit tamen accuratos, ac nitidos, quibus eo uſque

(112) Hujus Typographi peritiam, & eam, qua apud litteratos viros valet, exiſtimationem ſatis teſtatur ingens pretium, quo in venditionibus publicis comparari ſolent exemplaria, quae ex illius typis prodiere.

(113) Ab anno 1471. in edendis LAURENTII VALLAE *elegantiis Linguae Latinae*.

que uſus fuerat, characteres. Interim vero *Conradus*, & *Arnoldus* cujuslibet generis libros indiſcriminatim evulgabant, donec tamdem diſcipulorum, & artificum manu ars Typographica increbuerit; ita ut anno 1471. ineunte, jam quinque celebres officinae Typographicae emerſerint. Qua de cauſſa *Arnoldum*, & *Conradum* fortuna fefellit, atque ii ad extremas redacti anguſtias anno 1472. *Joh. Andream* adduxerunt, ut clementiam Pontificiam in eorum gratiam excitaret ſupplici libello; quod ſequenti modo praeſtitit *Joh Andreas* (114) *Sixtum IV.* alloquens his verbis: *Vox quidem Impreſſorum ſub tanto jam chartarum faſce laborantium, & niſi tua liberalitas opituletur, deficientium, iſta eſt*, Beatiſſime Pater. *Nos de Germanis primi tanti commodi artem in Romanam curiam tuam multo ſudore, & impenſa deceſſoris tui tempeſtate devexímus, nos opifices librarios ceteros, ut idem auderent, exemplo noſtro incitavimus. Nos reli-*

(114) Exſtat autem libellus ille in Tomo V. Bibliorum cum Comentar. NICOLAI DE LYRA, quae edidere anno 1472. iidem Typographi.

reliquis propter impensarum magnitudinem a tanto negotio vel omnino, vel maxima ex parte quasi in salebra haerentibus recentiore animo, viribusque geminatis cum summa difficultate restitimus. Jam tandem defecti nervis, & sanguine divinam opem tuam imploramus. Dein statim subjiciunt indicem librorum, quos ab eorum adventu usque ad annum 1471. impressere, sic:

Donati pro puerulis, ut inde principium dicendi sumamus, unde imprimendi initium sumpsimus. Numero trecenti (*a*) 300

Lactantii Firmiani institutionum contra Gentiles, & reliquorum ejusdem auctoris opusculorum. Volumina octingenta viginti quinque (*b*). 825

Epistolarum familiarium Ciceronis. Volumina quingenta quinquaginta (*c*). 550

Epistolarum Ciceronis ad Atticum. Volumina ducenta septuaginta quinque (*d*). 275

Speculi humanae vitae. Volumina trecenta (*e*). 300

D. *Au-*

(*a*) In Sublaco anno 1464., aut 1465.

(*b*) Pro tribus editionibus annorum 1465. in Sublaco, 1468., & 1470. Romae.

(*c*) Pro editionibus annorum 1467., & 1469.

(*d*) Anno 1470. (*e*) Anno 1470.

D. Auguſtini de civitate Dei. Volumina octingenta viginti quinque (*f*). 825

D. Hieronymi epiſtolarum, & libellorum. Volumina mille centum (*g*). 1100

M. T. Ciceronis de oratore cum ceteris. Volumina quingenta quinquaginta (*h*). 550

M. T. Ciceronis operum omnium in philoſophia. Volumina quingenta quinquaginta (*i*). 550

L. Apuleii Platonici cum Alcinoo. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*k*). 275

Auli Gellii Noctium Atticarum. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*l*). 275

C. Caeſaris Commentariorum Gallici, & Ci-

(*f*) Pro editionibus annorum 1467. in Sublaco, & 1468., & 1470. Has editiones ignoravit ERNESTUS Biblioth. Fabricianae Tom. III. pag. 563.

(*g*) Pro edit. annorum 1468., & 1470.

(*h*) Pro edit. ann. 1469., & alia facta in Sublaco abſque nota anni, ſed ſub anno 1466. Quia autem hanc non novit Card. QUIRINI, ideo pag. 231. MAITTAIRII deceptus auctoritate exponit haec 550. exemplaria pro editione anni 1469., & pro altera, quam ſupponit anni 1471., in quo decipitur, & eorum errorem ſecutus eſt SCHELHORNIUS pag. citata.

(*i*) Pro edit. annorum 1469., & 1471.

(*k*) Anno 1469.

(*l*) Anno 1469.

& Civilium bellorum. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*m*). 275

Defenſionis Divi Platonis. Volumina trecenta (*n*). 300

P. Virgilii Maronis operum omnium. Volumina quingenta quinquaginta (*o*). 550

T. Livii Patavini cum epitomate omnium Decadum. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*p*). 275

Strabonis Geographi. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*q*). 275

M. Annaei Lucani. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*r*). 275

C. Plinii Veronenſis de naturali hiſtoria. Volumina trecenta (*s*). 300

C. Svetonii Tranquilli de duodecim Caeſaribus. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*t*). 275

D. Leo-

(*m*) Anno 1469.

(*n*) Anno 1469.

(*o*) Utraque abſque anni nota, ſed vide ſub anno 1469.

(*p*) Sine anni nota, ſed ſub anno 1470. reponitur.

(*q*) Sine anni nota, ſed ad ann. 1471. revocatur.

(*r*) Anno 1469.

(*s*) Anno 1470.

(*t*) Anno 1470.

D. Leonis Papae ſermonum. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*u*). 275

M. Fabii Quintiliani inſtitutionum oratoriarum. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*x*). 275

Continui, *ideſt cathenae aureae D. Thomae Aquinatis*. Volumina quingenta quinquaginta (*y*). 550

D. Cypriani epiſtolarum. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*z*). 275

Bibliorum cum opuſculo Ariſteae. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*aa*). 275

Silii Italici cum C. Calphurnio, *& Heſiodo*. Volumina ducenta ſeptuaginta quinque (*bb*). 275

Orationum M. T. Ciceronis cum invectivis omnibus in Antonium, *Verrem*, *Catilinam*, *& ceteros*. Volumina ducenta ſeptaginta quinque (*cc*). 275

P. Ovidii Naſonis Metamorphoſeos, *& ele-*

(*u*) Anno 1470.
(*x*) Anno 1470.
(*y*) Anno 1470.
(*z*) Anno 1471.
(*aa*) Anno 1471.
(*bb*) Anno 1471.
(*cc*) Anno 1471.

elegiarum omnium. Volumina quingenta quinquaginta (*dd*). 550

Nicolai de Lyra. Volumina mille & centum (*ee*). 1100

Deinde prosequitur *Joh. Andreas*: *Horum omnium voluminum summa, ut tua pietas perspicit*, Pater Beatissime, *nisi fallimur, efficit Codices duodecies mille quadringentos septuaginta quinque* (115), *acervum*

(*dd*) Anno 1471.

(*ee*) Anno 1471., & 1472.

(115) Sequentia autem in hunc indicem observabimus, nempe:

I. Omnes editiones in hoc indice non relatas, quae sub nomine illorum Typographorum, tamquam factae usque ad ann. 1471. inclusive circumferuntur, valde dubias esse. Hinc illustrium virorum epistolae a Patre LE LONG, & MAITTAIRIO Tom. I. annalium edit. anni 1733. pag. 299. citatae sub anno 1470., Item Apocalypsis S. JOHANNIS cum Comment. NICOLAI DE LYRA ex versione Italica Friderici Veneti ab illis Typographis impressa circa ann. 1468. ad 70., ut indicatur in Catalogo Biblioth. regiae Parisiis, exigunt ulteriora testimonia exsistentiae.

II. Omnium auctorum in eo indice relatorum 275. exemplaria tantum excusa fuisse, demptis Comment. NICOLAI DE LYRA, quorum 220. tantum edita fuere; 220. enim quinquies repetiti producunt numerum 1100., & DO-

quidem ingentem, & nobis impressoribus tuis ad ferendum, qua parte restat, into-

& DONATO, *Speculo vitae humanae*, *Defensione* PLATONIS, ac PLINIO, quorum 300. edidere exemplaria. Hinc pro LACTANTIO v. g. 275. ter repetiti efficiunt numerum 825. exemplarium pro tribus illius auctoris editionibus.

III. Paucitatatem hanc exemplarium habita ratione pretii exigui, quo ea vendebant, multum in eorum ruinam conspirasse, non quod quantitas eorum pro Romana urbe non sufficeret, cum *domus eorum plena fuerit quinternionibus*, sed quia ceterae Italiae urbes, imo & Europae nationes ea exquirere, & emere debuissent; cujus rei exemplum dederat ipsis eorum magister FAUSTUS, qui videns Moguntiam imparem esse comparandis omnibus officinae suae libris Parisios, aliasque urbes peragravit in hunc finem. Quod non parum confirmatur ex epistolis eruditorum illius temporis, ex quibus constat maxima eorum aviditas in emendis libris ex eorum praelo emergentibus. Sic v. g. PHILELPHUS *epistol. libr.* 33. *edit. Venetae ann.* 1502. *pag.* 229. scribens ad JOH. ANDREAM *ex Mediolano XV. Kal. Decembris ann.* 1470. ipsum enixe precatur, ut quam primum illum certiorem faciat de libris huc usque a Typographis Romanis impressis, & de eorum pretio. Unde defectus commercii, & industriae oeconomicae ex parte CONRADI, & ARNOLDI etiam causa fuit eorum infortunii; in quo sapientius se gessisse ULRICUM HAN verissimillimum est, saltem usque ad ann. 1471., tum quia miseria perinde, ac duo alii,

non

tolerabilem, propter eam, quam in initio epiſtolae poſueramus, neceſſitatem; nam ingens ſumptus ad victum neceſſarius, ceſſantibus emptoribus, ferri amplius a nobis nequit; & ementes non eſſe, nullum eſt gravius teſtimonium, quam quod domus noſtra ſatis magna plena eſt quinternionum, inanis rerum neceſſariarum..... Parati ſumus pro clementiae tuae arbitrio de noſtra merce, id eſt de impreſſis quinternionibus *noſtris tibi tot tradere, quot volueris, & quibus volueris..... Tua incredibilis manſuetudo ſubveniat nobis de aliquo officio, unde poſſimus nos, & noſtros alere. Impenſa eſt facta in ſolius* Nicolai de Lyra *a nobis voluminibus tanta, ut amplius nihil nobis ſuperſit ad vivendum. Si venderemus opera noſtra, non ſolum a pietate tua nihil peteremus, ſed ultro in praeſentium temporum articulo, in quo te plurimum egere non neſcimus, ipſi noſtra offerremus;*

non occubuit, nec umquam ad Principis, aliorumque divitum adjutorium recurriſſe conſtat, tum quia rarius in Bibliothecis Romanis ejus editiones ſaltem ad annum uſque 1471., frequentius vero illae CONRADI, & ARNOLDI occurrunt.

faciemuſque, quotiens tuo adjumento fortuna nobiſcum uſa eſſe videbitur fronte ſereniore. Interea, Pater Sancte, *adjuvent nos miſerationes tuae, quia pauperes facti ſumus nimis. XX. Marcii MCCCCLXXII. Pontificatus tui clementiſſimi anno primo.* Quinam autem fuerit hujus libelli ſucceſſus, tacent memoriae. Conſtat autem anno 1473., id eſt anno ſequenti, ipſos ſocietatem ſolviſſe. *Arnoldus* enim praelum retinuit, *Conradus* vero ad Calchographicam artem tranſiit, ſicut fuſius enarrabitur Capite V., ubi de vitis horum Typographorum.

Aucto igitur Typographorum numero, crevit librorum numerus, imminuto eorum pretio; minimo enim tunc pretio libros vendi aperte docet admonitio *Joh. Baptiſtae de Brendis* praemiſſa *Parti II. Conſiliorum* Paulli de Caſtro *anni* 1473., impreſſ. apud *Reynardum*. Hac de cauſſa Typographi alio victum quaeritare coacti ſunt, & brevi tempore viluit ars Typographica, cujus tam praeclara fuerant initia. Craſſiores characteres, atque informes in Typographiam irrepſere, quales fuere illi, quibus uſi ſunt *Reynardus de Enyn-*

Enyngen, *Hanheymer*, & *Schurener*. Neque tamen inter rudes illos opifices, & a laude Typographica degeneres annumerari debet *Georgius Laver*, *Herbipoli* oriundus; qui a Cardinali *Caraffa* adſcitus in Monaſterio *S. Euſebii* ab anno 1469. praelum inſtauravit, in quo *Pomponius Laetus* (116), & *Bartholomaeus Platina*

(116) JULIUS POMPONIUS LAETUS ex illuſtri Sanſeverinorum familia in Calabria ſpurios natales habuit anno 1428. Quare originem ſuam ut diſſimularet, SABINI ſibi nomen fecit; atque hinc eſt, quod per irriſionem SABINUS cognominaretur. Provectioris aetatis factus Romam profectus eſt, ibique PETRUM MONTOPOLITANUM, & LAURENTIUM VALLAM humaniorum litterarum praeceptores audivit; tanto quidem ſucceſſu, ut poſt Magiſtrorum mortem litteratorum DICTATOR PERPETUUS, IMPERATOR*que* MAXIMUS fuerit ſalutatus, ut MICHAELIS FERNI verbis utar *in epiſtola*, quam praemiſit *operibus* CAMPANI. Expleto ſtudiorum curſu, varia ſuſcepit itinera, quae ſubminiſtratis a parentibus viarum adjumentis commode peregit. Romam deinde reverſus poſt mortem VALLAE, qui Collegii Romani praefectus erat, anno 1457. a PIO II. in ejus locum ſubrogatus eſt. Hinc ſocietatem iniit cum litteratis viris, qui Romae degebant, inter quos PLATINA, PHILIPPUS A S. GEMINIANO, JOH. JOVIANUS PONTANUS, SABELLICUS, SANNAZARIUS. FRANCISCUS BETTI, JOHANNES PETRUS

na (117), aliique eruditi correctoris onus subire non renuerunt. Isque fuit ex pri-

TRUS BOLZANUS, JANUS PARRHASIUS, ANTONIUS DELLA PAGLIA &c. &c., aliique permulti, qui ad Romanam Academiam instituendam concurrentibus studiis convenere. Verum ob graves rationes Academia a PAULLO II. dissipata, Venetias aufugerunt ex Academicis permulti, & apud illustres CORNELIAE (vulgo CORNARO) FAMILIAE Senatores hospitium nacti sunt. Hos vero Venetias usque exagitavit PAULLUS II., & POMPONIUM LAETUM pedibus, manibusque vinctum Romam adduci jussit, ibique simul cum PLATINA in carcerem conjectus ita suam excusationem adornavit, & pro sociis peroravit, ut deinde non solum liberati fuerint, sed ipse quoque professoris munus in Collegio Romano, a quo exciderat recuperaverit. Dein SIXTI IV., & INNOCENTII VIII. patrocinio, & clementia sublevatus aedes in monte Quirinali ad Thermas Constantinianas exstruxit, quibus inscripsit: POMPONII. LAETII. ET. SODALITATIS. ESQVILINALIS; easque amplissima, & selectissima Bibliotheca, ac supellectile antiquaria exornavit. Correctoris munus, his non obstantibus, apud GEORGIUM LAVERUM, apud SWEYNHEYM, & apud SILBERTUM exercere non erubuit. Tandem anno 1498. senio, ac laboribus confectus obiit. *Ablatus est nobis jam septuagenarius V. idus Junii sub vesperam* (anni 1498.) *postero die in Ara Caeli in editiore collis Tarpeij rupe, lauro coronatus virenti tumulo traditus est.* Haec sunt propria MICHAELIS FERNI verba in ejus elogio impress. in *Fabricii Biblio-*

primis Typographis poſtremus, qui uſque ad ann. 1481. officinam ſuam a charactere Gothico, ac informi puram ſervavit.

bliotheca med., & infim. Latinit. Tom. VI. edition. Patavinae in appendice pag. 6., & ſeq. Cur autem APOSTOLUS ZENUS, & cum ipſo Pater CASIMIRUS ROMANUS ipſum tumulatum affirment in Eccleſia *S. Salvatoris in Lauro*, ignoro. Primus quidem id aſſeruit in opere, cui titulus: *Giornale de' Letterati Tom. XXII.* Alter vero in Libro, qui inſcribitur: *Memorie iſtoriche della Chieſa, e Convento di S. Maria in Ara Caeli*; impr. Romae 1736. in 4. pag. 326. MICHAEL enim FERNUS Romae tempore mortis, ac ſepulturae ipſius aderat; elogium enim hiſtoricum, quod ad JACOBUM ANTIQUARIUM Mediolanum miſit, datur *ex urbe Roma III. id. Junii* 1498.

(117) BARTHOLOMAEUS PLATINA a patriae nomine ſic dictus, ſed antea SACCHI, anno 1421. natus ſe ſe militiae primum dedit, quem deinde ſtatum in humaniorum litterarum ſtudia commutavit. Romam ſub CALLISTO III. profectus a PIO II. beneficiis quibuſdam adjutus eſt, officio *Abbreviatoris*, ut dicebant, *parci majoris*, quo a PIO II. decoratus fuerat, ſuppreſſa hac dignitate, a PAULLO II., privatus eſt. Summi Pontificis factum acriori epiſtola improbans illius iram ita in ſe concitavit, ut in carcerem detruſus fuerit, ex quo nonniſi poſt quatuor menſes precibus Cardinalis DE GONZAGA liberari potuit. Sed paucos poſt annos ipſe iterum cum aliis quibuſdam ex *Pomponiana Academia* ſociis carceri fuit mancipatus.

Ve-

Nec inter Typographos numerabimus *Johannem Philippum de Lignamine* nobilem Meſſanenſem Medicinae Doctorem (118), qui

Verum poſtea probata eorum innocentia, & Academia quoque a crimine liberata, libertati & ipſi fuere reſtituti. PLATINA ſuas habebat aedes in monte Quirinali, ſuoſque hortulos, in quibus ad lauream Academicorum coronam creſcebant lauri plantae. Mortuo PAULLO II. SIXTUM IV. magis propitium habuit; hunc enim Bibliothecae Vaticanae praefectum creavit anno 1475. Interim tamen correctoris munus apud GEORGIUM LAVER exercere non erubuit. Tandem ſexagenarius peſte ſublatus eſt anno 1481., ſepultuſque fuit apud S. Mariam Majorem.

(118) JOHANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE ex nobili apud Meſſanenſes proſapia ortus a teneris annis ſeſe humunioribus litteris dedit non ſine aliquo ſucceſſu. Ad Medicinam ſeſe deinde totum convertit, atque hanc artem in Lycaeo Perusino, concurrente magno diſcipulorum numero, publice tradidit per aliquot annos. Interim vero inita in eadem urbe amicitia cum FRANCISCO DE RUVERE Generali Franciſcanorum Miniſtro, qui deinde in ſacrum Cardinalium Collegium adſcitus PHILIPPUM ſemper amicum habuit. Mediocri ſorte fruens PHILIPPUS, regnante adhuc PAULLO II., Romam ſe contulit, meliorem tentaturus fortunam, ut ipſe fatetur in Praefatione ad *Pongiam Linguae* DOM. DE CAVALCHA edit. anno 1472. Nec ejus ſpem fefellit eventus; a PAULLO enim II. primum *Scutifer* renuntiatus eſt, & creatus in ſummum Pontifi-

qui ab anno 1470. Romam appulsus exigua fortuna donatus, honesta quaesivit viven-

tificem praedictus Cardinalis DE RUVERE sub nomine SIXTI IV., PHILIPPI non immemor ipsum Archiatrum Pontificium, & Cubicularium renuntiavit, atque beneficiis cumulavit: quae quidem beneficia grato animo impense celebravit PHILIPPUS in Praefationibus, quas libris a se editis praefixit.

Paucis post ejus Romam adventum elapsis mensibus, novae artis admirator de praecipuis eruditorum virorum evulgandis operibus serio cogitavit; quod ut praestaret, peritiores adhibuit Typographos, & in propriis aedibus praela adornavit, tantaque celeritate operi manum admoverunt artifices, ut jam anno 1476. *plusquam quinque millia variorum auctorum* volumina e suis typis prodierint; sunt enim propria ejus verba deprompta ex Praefatione, quam praemisit *Historiae Ecclesiasticae* EUSEBII hoc anno editae. In hac Praefatione adhuc fuse exponit rationes, propter quas ad hoc laboris genus sese contulerit; quas rationes adhuc explicavit in alia Praefatione, quam praemisit opusculis JOHANNIS PHILIPPI MESSANENSIS ab ipso editis anno 1481. Heic autem observandum est, hunc PHILIPPUM MESSANENSEM, qui fuit ex familia Dominicanorum, errore nominis perperam confundi cum nostro Archiatro, quem errorem recoxit editor *Biblioth. Fabricianae med. Latinitatis Tom. V. pag.* 289., & 294. Sed in hunc insurrexit MEERMANNUS in *origin. Typogr. Par. II. pag.* 230. Ambo vero hi PHILIPPI affinitate quidem fuere conjuncti, ut dicit PHILIPPUS no-

vendi adjumenta. Qua de cauſſa eruditorum ſui praeſertim temporis opera typis man-

noſter in praedicta Praefatione, PHILIPPI Dominicani opuſculis praefixa nullatenus vero fuere conſanguinei. Quo autem anno obierit PHILIPPUS DE LIGNAMINE, nullo certo documento reſcire potui. Filium habuit nomine ANTONIUM, de quo in *Chronico Ricobaldino anni* 1474. ſermo eſt: hunc autem in ſua patria Archiepiſcopum fuiſſe ſcribit ROCCUS PYRRHUS in notitia Eccleſiae Meſſanenſis pag. 365.

JOHANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE non fuit tantum editor, ſed auctor quoque variorum librorum. Praeter eruditas Praefationes, quas operibus a ſe editis praefixit, duo ſequentia opera elaboravit, nempe 1. *Continuationem Chronici illuſtrium virorum, ac Pontificum a* RICOBALDINO *inchoati*, ſicut ipſe affirmat in Praefatione ad hoc opus. 2. Opuſculum *de conſervanda ſanitate, mediiſque pro ea obtinenda adhibendis*, quod una cum PETRO DE ABANO *de Remediis venenorum* impreſſit anno 1475. in 4. Quia autem variis ſcriptoribus duo haec opuſcula manibus tractare non contigit, ideo ſub variis titulis laudantur, ſicque opera JOH. PHILIPPI DE LIGNAMINE multiplicantur. Idcirco VANDERLINDEN *De ſcriptis medicis pag.* 661. poſt GESNERUM PHILIPPO tribuit opuſculum *de cibo, & potu utili, aut nocivo homini* impreſſum Romae; quod non aliud eſſe evidens eſt, quam opus *de conſervanda ſanitate*. Pariter MONGITORE *Biblioth. Siculae Tom. I. pag.* 362. Chronicon unum ipſi adjudicat, quod a Chronici Ricobaldini continuatione non diſer-

mandari curavit. *Ulricum Han* accerſivit jam ineunte anno 1471; & in ſua domo inſtitutis praelis eximias editiones vulgavit, hac modeſta ſubſcriptione uſus in domo *Joh. Philippi de Lignamine*. Alios deinde Typographos eumdem in finem conduxit uſque ad annum 1482., poſtea vero illius nomen nullibi invenio. Libris, quorum editionem curaverat, Praefationes praemittere ſolebat, in quibus ſuam eruditionem non minus, quam animi ingenuitatem demonſtrat, Summi Pontificis, & quorumdam Cardinalium beneficia celebrans. Aliquos tamen perſtrinxit aemulos, in-

diferre certum eſt. Item MANGETIUS *Biblioth. Scriptorum Medicorum Tom. II. pag.* 80., & JOH. DOMINICUS MANSI *Biblioth. Fabricii Tom. IV. pag.* 275., adſcribunt ipſi opuſculum *de Sibyllis*, tamquam impreſſum in propriis aedibus anno 1481. Hoc autem nihil aliud eſt, quam unum ex opuſculis JOH. PHILIPPI ex ordine Praedicatorum (de quo ſupra) cujus hic eſt titulus: *De Sibyllis, & Probae Falconiae Carminibus libellus*, una cum earum figuris ligno inciſis. Opuſculorum autem hujus Dominicani collectionem impreſſiſſe PHILIPPUM DE LIGNAMINE ſupra memoratum eſt. Qui autem plura de hoc Archiatro celebri deſiderat, legat PROSPERUM MANDOSIUM *De Archiatris Pontificiis* edit. Romanae anno 1696. in 4. pag. 128.

invidoſque viros, qui artem Typographicam, quam exercere videbatur, tamquam viliorem, & generis ſui nobilitate non ſatis dignam faſtidioſe traducebant. Tunc enim Cives Romani parum addicti erant litteris, atque florebant pauciſſimi litterati viri ex populo Romano. Audiamus hac de re *Joh. Andream* (119): *Neminem adhuc reperimus ex Sacro Collegio Cardinalium noſtris ſtudiis non incredibiliter affectum, atque favorabilem, adeo ut quo major ſit in eis dignitatis ſplendor, eo etiam humanitas plenior eluceſcat. Quod utinam de ceteris gradibus dicere vere poſſimus, forſitan eſſemus aliquando nonnullis de laboribus liberati. Sed ſciant tenaces iſti non ſe libros amare, ſed chartas, quibus pro ingratitudine hoc ſolum recipimus, nos tanto plus laudis merituros, qui quidem ſimus etiam in avariſſimos chartae bonorum librorum copiae munifice liberales.*

Sed pro rerum humanarum conditione ars Typographica, quae a primis ejus initiis ad annum uſque 1471., tanto ſplendore

(119) In Praefatione ad *Lucanum* anni 1469.

dore , tantaque aemulatione floruerat , a priſtina gloria tam cito degener fuit , ut jam anno 1473. vix ſupereſſent libri (120) imprimendi , & annis 1479. , & 80. vix adhuc duo remanerent Typographi , atque ſic deinceps uſque ad finem ſaeculi decimi quinti praeclara ars illa in deterius vergebat . Neque tamen deerant tunc eruditi ſcriptores , qui ſua opera typis committenda haberent ; numquam enim Roma tot tantiſque abundavit in omni genere litteratis viris . Hoc nimirum ſaeculo florebat Academia Romana (121) , ſed cauſ-

(120) Hoc enim legitur in admonitione praefixa *ſecundae parti Conſiliorum* PAULLI DE CASTRO ex edit. Romana anni 1473. *Sic quia jam tot annis elapſis haec ars imprimendi maxime per totam Italiam floruit , ita ut non ſolum Juris Canonici , & Civilis , verum etiam & Divinarum Scripturarum , ac linguae Latinae nullum jam volumen ad imprimendum ſuperſit .*

(121) Academia Romana aliarum omnium , quae futuris temporibus exſtitere , mater , ut ita dicam , & norma circa annum 1460. ſub PIO II. ortum habuit , ſuamque debet originem POMPONIO LAETO , in cujus aedibus ad montem Quirinalem Academicos coetus habebant illuſtriores , qui tunc Romae aderant litterati viri . Ad ſeverum ibi examen revocabant ſua , aliorumque opera , & ita intemperantes , atque ſupercilioſi

cauſſae plurimae artis progreſſum retardabant. Typographi igitur, qui & Bibliopo-la-

lioſi fuere antiquitatis Romanae amatores, ut baptiſmi nomen, tamquam minus Latinum, reſpuentes aliud ſibi finxerint. Ita JULIUS SANSEVERINUS nomen POMPONII LAETI adoptavit; SANNAZARIUS ACTIUM SINCERUM ſe nominavit; PHILIPPUS A S. GEMINIANO CALLIMACHI nomen habere voluit; FRANCISCUS BETTI CODRUM, JOHANNES E PONTE JOVIANUM PONTANUM ſeſe mutatis nominibus dixerunt, idemque fecere alii plurimi ſub hoc praetextu, ut nempe illuſtria nomina ſibi imitanda proponerent. Verum PAULLO II. Summo Pontifici maxime diſplicuit affectata haec agendi ratio, atque hinc factum eſt, ut in ipſis fere incunabulis extincta fuerit naſcens Academia. Sed paullo poſt reſtituta viros habuit doctrinae fama celebres in quolibet etiam ſtatu. Sic v. g. in ordine Epiſcopali LUCIDUS FAZINIUS MAPHAEUS Romanus Epiſcopus Signinus (ob ſuam peritiam in utraque lingua phoſphorus dictus); ad hunc enim ſcribens ALEXANDER Epiſcopus Cortenſis anno 1483. dicit: *Scis quanti te facerem, niſi eſſes Pomponianus*. Illi ergo ab Imperatore FRIDERICO privilegium obtinuere, Romae quot annis die XX. Aprilis natalitia urbis celebrandi. Jam ab anno 1483. prope domum POMPONII LAETI feſtivam miſſam fuiſſe celebratam, & inter prandium perlectum fuiſſe conceſſum ab Imperatore privilegium, fidem facit diarium manuſcriptum JACOBI VOLATERRANI, quod in Biblioth. Marchionis POMPNII FRANGIPANI exſtitiſſe teſtatur P. CA-

SI-

larum officio fungebantur, vili pretio libros vendere, aut eos diutius adſervare coacti, aliis ſuſcipiendis laboribus Typographicis impares evadebant, adeo ut nulli novo operi ſeſe accingere auderent. Hinc eorum major pars praela portatilia circumferebant, & nacti litteratos viros, qui propriis ſumptibus ſua ederent opera, tandem praelo manum admovebant, ſtatim ac parata ſubminiſtraretur pecunia. Quare factum eſt, ut aliqui libri in domo *de Cinquinis*, alii in domo *de Vulteriis*, & ita de

SIMIRUS ex ordine Minorum in libro, cui titulus: *Memorie iſtoriche della Chieſa, e Convento di Santa Maria in Ara Coeli*, impr. Romae 1736. in 4. pag. 325. Anno etiam 1501. miſſae hujus cantatae in Ara Caeli mentionem facit BURCHARDUS Caeremoniarum Magiſter ſub ALEXANDRO VI. in diario ejus manuſcripto, quod latet in Bibliotheca *Chiſiana*, de quo tam fuſe agitur *Biblioth.* FABRICII *mediae Latinitatis lib. II.* Hunc autem BURCHARDI textum, exhibentem pompam illius miſſae integrum, & a verbo ad verum refert P. CASIMIRUS modo laudatus loco etiam & pagina citat. De hac Academia Romana apud multos diſſeritur, inter quos nominandus venit ANTONIUS VULPIUS in vita SANNAZARII, praefixa ejus operibus ex edit. Patavina anni 1731. pag. IX., & ſequentibus. Huic autem materiam ſuppeditarat Academia Neapolitana, quae ex hac, curante PONTANO, proceſſerat.

de multis aliis impreſſi reperiantur. Porro haec vaga, & fere dicam circulatoria Typographiae exercitatio arti parum decoris, imo ignominiam afferebat. In hoc tamen ſtatu fuit ars illa, donec ſaeculo XVI. a *Julio II.*, & *Leone X.* reſuſcitata, tandem ſub *Gregorio XIII.*, & *Sixto V.* ad ſummam perfectionem perducta fuit. Sub primo enim erecta eſt in Fano Fortunae Typographia Arabica, ejuſque juſſu, & Romae *Joh. Potkens* Praepoſitus Eccleſiae S. Georgii Colonienſis, curavit confici characteres Chaldaeos antiquos, quibus Abrahamum, & Heber fuiſſe uſos exiſtimabant Chriſtiani Aethiopes, in quorum gratiam id praeſtitit (*) Sub ipſo etiam Romae floruere *Mazochius*, aliique magni nominis Typographi. Secundus vero *Johannem Laſcarim*, & *Zachariam Calliergi* accerſivit, ut unus inſtitueret, alter vero dirigeret celebrem Typographiam ad radicem montis Cabal-

(*) *Pſalterium, & Cantica Canticorum, impreſs. ingenio, & impenſis* JOH. POTKENS *Praepoſiti Eccleſiae S. Georgii Colonienſis. Romae per* MARCELLUM SILBERT *alias* FRANK, *& finitum die ultima Junii ann. ſalut. M. D. XIII. in* 4. Rariſſimus hic Codex exſtat in Biblioth. Trinitatis de Monte.

ballini, e qua splendidae prodiere editiones, inter quas mihi videre contigit *Porphyrianas quaestiones*, *& de antro Nympharum in Odysséa opusculum*, impr. Romae *in Gymnasio Mediceo ad Caballinum montem anno* 1517. in 4., quo nihil umquam splendidius mihi occurrit. Rarissimae insuper sunt omnes editiones Graecae hujus officinae. *Gregorius* vero XIII. parens quasi fuit hujus artis, ac de eo audiamus *Midendorpium* libro 1. *Academiarum orbis universi celebrium cap.* 22. *pag.* 185., *&* 187. edit. Coloniae 1602. *in* 8. Ait autem *Gregorius XIII. imprimendi artem Hebraicis, Graecis, Chaldaeis, Arabicis, Armenis, Illyricis characteribus abs se praecipue instructam ita promovit, ut jam orientis, & oppressae a Turcis, & Schismaticis Europae populi missis Catechismis propria ad pietatem lingua instituantur*. Tandem sub *Sixto V.* ad perfectionem perducta est; singularis enim erat inter Typographos aemulatio, ac sub ipso erecta est, ac completa celebris officina Vaticana referta characteribus cujuslibet idiomatis.

CAPUT QUINTUM

De Typographis Romanis ſaeculi XV.

ROma non ſolum prima ante ceteras Italiae urbes Typographiam exercuiſſe gloriatur, ſed etiam plurimos per univerſam ditionem ſuam jactat Typographos, apud ceteras adhuc manente fere ignota arte Typographica. Sic v. g. Trebiae (*Trevi*) (122) Provinciae Umbriae antiquiſſimo, ac nobili oppido anno 1470., Fulginii (*Foligno*) (123) eod. anno, Aeſii

(122) *Iſtoria quomodo Beatus Franciſcus petivit a Chriſto indulgentiam pro Eccleſia S. Mariae de Angelis*; impr. *Treviae MCCCCLXX.* in fol., ex charactere elegante quadrato. Reperitur in Bibliotheca Alexandrina Archigymnaſii Romanae Sapientiae.

(123) LEONARDI ARETINI *Hiſtoria belli adverſus Gothos . . . . Aemilianus de Orſinis Fulginas, & Joh. Numeiſter Theutonicus, ejuſque Socii impreſſerunt in Domo ejuſd. Aemiliani de Orſinis Fulginei an. milleſ. quadring. ſeptuageſ. in fol.* Hic autem AEMILIANUS ex nobili proſapia apud Fulginates vir fuit *acutiſſimi ingenii, acris, ac induſtrius* juxta verba epiſtolae FRANCISCI PATRITII Epiſcopi Caetani ad AUGUSTINUM PATRITIUM datam *die prima februarii anno* 1464., quae exſtat manuſcripta in Seminario Fulginati; ac dein vulgata

ſii (*Jeſi*) (124) anno 1473. &c. Sed id nunc agimus, ut de ſolis Romanis Typographis ſermonem habere lubeat.

CONRADUS SWEYNHEYM ET ARNOLDUS PANNARTZ.

A Locis Moguntiae vicinis ſic dicti ſunt duo illi Typographi; a *Fauſto* autem & *Schoiffero* artem Typographicam edo-

 cti,

gata eſt a Cl. Praeſule STEPHANO BORGIA Sac. Cong. de Propaganda Fide a Secretis in Praefatione ad PII II. Orationem *de bello Turcis inferendo* editam in Tomo III. *Anecdotorum* Romae ann. 1774. pag. 285. Deinde AEMILIANUS factus eſt praepoſitus curiae monetariae Romanae ſub SIXTO IV. anno 1475. juxta PHILIPPUM FLORAVANTEM lib. de Denariis Pontificiis, impreſs. Romae 1738.

(124) *Liber Conſtitutionum S. Matris Eccleſiae editarum per Dom.* AEGIDIUM *Epiſcopum Sabinenſem* (AEGIDIUS CARILIUS ALBORNOTIUS Hiſpanus mortuus Viterbii ann. 1367.) *Apoſtolicae Sedis legatum, & Dom. noſtri Papae Vicarium*; impr. *MCCCCLXXIII. indictione ſexta .... Die vero quarta menſis octobris in Civitate Aexii; finitae fuerunt a Magiſtro Friderico Veronenſi earum impreſſore; in fol.* Exſtat in Bibliotheca Aracaelitana Romae. Veroſimillimum eſt ab anno 1472. hunc FRIDERICUM jam ibi praelum exercuiſſe, quia hoc anno innominato loco impreſſit opera DANTIS, referente HAYM *pag.* 183. *edit. Mediolan. anni* 1771. *in* 4.

cti, ab anno 1464. Germania profecti Sublacense Monasterium petierunt, ubi annis 1465., & 1466. Typographiam tractarunt. Sed labente anno 1467. praelis Romam translatis artis suae sedem posuere in aedibus nobilissimae familiae *de Maximis*, ibique omnia invenerunt liberaliter ad Typographiam adjumenta, & commoda. Ast vergente ad finem anno 1473. initam Societatem solverunt (nescimus, qua de causa); ac tunc uterque ad privatam fortunam augendam sese dedit. Facile conjectari licet *Conradum* aemulationis animo in *Ulricum Han* excitatum sese ad chalcographiam convertisse, & novae artis exercitium inchoasse a *Geographicis Ptolemaei tabulis*, atque ita primus fuit, qui de figuris aere incisis Typographicae arti adjungendis cogitavit. Hujus *Conradi* laboris duo nobis suppetunt monumenta, praefatio scilicet praefixa *Ptolemaeo* anni 1478. (125), & manuscripta una *Domitii Cal-*

(125) *Magister vero* CONRADUS SWEYNHEYM *Germanus, a quo formandorum Romae librorum ars primum profecta est, occasione hinc sumpta, posteritati consulens animum primum ad hanc doctrinam adplicuit, subin-*

de

Calderini, quae huic eidem editioni praemittenda erat, ſed quae *Calderini* morte praevia ſuppreſſa eſt. Hanc autem retulit ex autographo *Scipio Maffeius Veronae illuſtr. Part. II. pag.* 218. *edit. in* 8. (126) & juxta eadem monumenta, *triennio in*

de adhibitis mathematicis viris, quemadmodum tabulis aeneis imprimerentur, edocuit, triennioque in hac cura conſumpto diem obiit, in cujus vigiliarum, laborumque partem non inferiori ingenio, ac ſtudio ARNOLDUS BUKINK *e Germania vir apprime eruditus ad imperfectum opus ſuccedens..... perfecit.*

(126) DOMITII CALDERINI *Secretarii Apoſtolici in emendationem tabularum* PTOLEMAEI *ad* XISTUM IV. *Pont. Max.* ita habet titulus; deinde exhibitis praeſtantia, & merito hujus editionis ſic proſequitur: *Hoc opus tam varium, tam ſubtile, tam divinum jam pridem in Codicibus Latinis admodum depravatum, cum ut emendarem,* CONRADUS *Germanus, a quo, ut ſcis, Romae formandorum librorum induſtria primum profecta eſt, olim diligentiſſime peteret, feci id quidem non tamen tam libenter, quam laborioſe; nam multa ex mathematicis diſciplinis ſumenda fuerunt, ut viginti ſex tabulae aeneae (totidem ſunt a* PTOLEMAEO *in univerſum orbem diſtributae) diligenter exſculperentur, ex quibus veluti exemplis reliqui ducerentur libri &c.* Deinde nota ad marginem manuſcripta ejuſd. temporis additur. *Denique acerrimi ingenii vir triennium in hac una opera poſuit, magno ſumptu, majore cura, maxima vero, ut quidem ſpero, laude, & gloria immortali.*

hoc opere consumpto, diem ultimum clausit, hoc est sub finem anni 1476.

Arnoldus vero *Pannartz* a praelo numquam destitit usque ad eumdem annum 1476., multaque opera in lucem edidit minutiori quidem charactere, sed elegantiori. An vero teterrima peste, quae tot Romanorum civium millia eo anno abstulit, ipse quoque sublatus fuerit, an vero arti Typographicae valedixerit tantum, pro incerto haberi debet. Quidquid sit, certum est tamen, *opus Epistolarum S. Hieronymi* hoc anno ab eo inchoatum remansisse imperfectum, ita ut *Georgius Laver* eorumdem characterum heres factus volumen II. anno 1479. pro operis complemento evulgaverit.

Hos duos Typographos in arte sua peritissimos fuisse nemo negare potest; eorum tamen fortunae, atque officinae magnum detrimentum attulit major aviditas. Siquidem invidia perciti in *Ulricum Han* ejus praela evertere meditabantur, & quidem ubi primum *Ulricus* librum aliquem edebat, statim hi duo aemuli eumdem suis typis rursus vulgabant, atque ita venditionis facilitati, & emolumento

unius

unius & alterius plurimum nocebant (127). Fraudis insuper accusantur a *Fabricio*, & *Richardo Simone* de iisdem editionibus reproductis diversis sub annis, v. g. quod *Hieronymi* epistolas ex edit. anni 1468., data nova subscriptione sub anno 1470., reproduxerint, quasi nova fuerit editio, quod & positive affirmavit Cardinalis *Quirini*, sed *II. Parte hujus operis* eos vindicare conabimur. Charactere quadrato usi sunt; potius enim hujus formae character appellandus est Sublacensis, quam *Gothicus*, & talem hujus characteris formam servarunt, ut ab anno 1467. ad 1473. vix aliquid in eo mutasse dicendi sint. Quare si quandoque appareat in editionibus diversitas characteris, haec ipsius majori, vel minori vetustati tribuenda est. Hi primi fuere Typographi, qui integros textus Graecos in suas editiones invexerint, notasque in margine ad textus interpretationem addiderint. Ipsi quoque usum praefationum, quas *Dedicatorias* dicunt, introduxere; pauciſſima edebant, ut ex dictis supra

(127) Hoc patet de QUINTILIANO, SVETONIO, & JUSTINO anni 1470.

pra conſtat pag. 77. , exemplaria. Inter varios ab illis libros editos aliqui ſunt raritatis inſignis, & in ejuſdem editionis exemplaribus ſaepe occurrit ſingularis diſparitas, ſed hujus optimam rationem ſuppeditat *Johannes Andreas* (128), ad quam huc uſque nemo ex Bibliographis attendit. *Neque fui id circo ſegnior* (inquit ille) *in juvandis pro virili ſtudioſis, quod quidam dicuntur mihi* (*utinam falſo, eorum jam quicumque ſunt*) *epiſtolas meas tuo nomini, numinique dicatas e fronte librorum detrahere. In quo quod ad me attinet illis habeo mirificam gratiam, tam bene de laboribus meis judicant.... errores ſi ſunt, qui mihi inſcribi debeant, multum per eos lucror auctoris nomine, epiſtola ſuppreſſa citato.....ſi gratiam mereor, hoc conatu nihil faciunt.....ſi tamen hoc quicquam eſt, ſciant, quas relinquunt epiſtolas ab impreſſoribus cum eorum utilitate pluris venundari &c*

Hinc in ejuſdem editionis permultis exemplaribus aliqua occurrunt, in quibus defi-

(128) In Praefat. *ad Epiſtolas Ciceronis ad Atticum Brutum &c. anni* 1470.

deficiunt illae epiſtolae praefatoriae; unde exemplaria illa quandoque ex editione diverſa dicta ſunt.

ULDARICUS HAN SEU GALLUS.

LAtine gallus gallinaceus, Ingolſtadii apud Bavaros natus (129), civis Viennenſis dictus a parentibus ex urbe Viennenſi fortaſſe oriundis. Hunc aurifabri artem primum exercuiſſe, aut chartarum luſoriarum artificem fuiſſe ſuſpicatus eſt D. *Meerman* (130). Is vero artem Typographicam apud *Schoefferum*, aut *Guttemberg* edoctus Romanum iter aggreſſus eſt hujus artis exercendae cauſſa. An vero Argentorati aliquid typis antea dederit, ut placuit *Kleffekero* (131), an etiam id in aliis Italiae urbibus praeſtiterit, ut opina-

(129) Ita ſe appellat in variis librorum a ſe editorum ſubſcriptionibus, v. g. *Inſtitutionum* JUSTINIANI ann. 1475.

(130) *Origin. Typograph. Part. II. cap. IX.* ea ductus ratione, quod illius generis opifices tunc temporis in Germania conficerent figuras ejuſd. generis, ac quas ULRICUS edidit in libro Card. de TURRECREMATA.

(131) Apud VOLFII *Monument. Typograph. Tom. I. pag.* 1034.

pinatur *Cramerus* (132), nihil moramur. Romam appulsus haud tardius anno ineunte 1467., non vero 1468., ut scribit *Maittairius*, (133) peritiae suae specimen exhibere coepit. Meditationes *Johannis de Turrecremata*, quae figuris illustratae fuere, primus est officinae *Ulrici* fetus anni nota signatus (134). Si igitur ex industria *Conradi*, & *Arnoldi* (135) diem, & mensem in sua subscriptione omisisset *Ulricus*, deficeret pro his titulus, quo probaretur ab ipsis primum fuisse in urbe vulgatum volumen. Sed aliunde stat abunde pro *Udalrico* veritas; primus enim officinam, praelumque Typographicum Romae disposuit, primusque ad imprimendum se accinxit. Hoc siquidem produnt figurae, quibus opus suum illustravit, in quibus conficiendis longiori opus erat temporis inter-

(132) Apud eumdem *pag.* 952.

(133) *Tom. I. edit. anni* 1719.

(134) Prius ipsum aliquid vulgasse non dubito, qualis foret, v. g. *Bulla* PII II. *contra Turcas*, de qua infra; solitum enim fuit ipsi nulla anni nota suos consignare libros.

(135) Annum tantum designavere in editione *Epistolarum familiarium anni* 1467.

tervallo, quam pro imprimendo opuſculo *epiſtolarum familiarium Ciceronis*.

Nihilominus *Udalricus* augendae gloriae, & fortunae magis, quam repellendae invidiae ſollicitus, totus fuit ab hoc anno in parandis characteribus, ita ut quatuor horum ſpecies ſolo biennio prodierint. Singulares quidem fuere priores duae, una pro *meditationibus* Card. *de Turrecremata*, huic quo miſſalia imprimi ſolent, characteri ratione majoris formae ſimilis; altera vero pro libro *Ciceronis de Oratore*, & alio ejuſdem de *Officiis*, quae erat ex minori, tenuiorique forma. Utriuſque autem typum, ac figuram exhibet ſecunda figura. At characteres, qui in *Livii*, & *Plutarchi*, alii vero, qui in *Svetonii*, & *Quintiliani* editionibus adhibiti fuere, unus majoris, alter vero formae minoris, de elegantia, formaeque pulchritudine, contendunt cum aliis quibuslibet characteribus ab ortu Typographiae ad noſtra uſque tempora uſitatis.

Udalricus tamen trium annorum ſpatio innumeros Codices ſuis typis vulgavit; ſicut *Parte II.* hujus operis exhibebitur, quamdiu ſcilicet cum *Campano* amicitiam, ac

ac ſocietatem ſervavit. At profecto in Germaniam *Campano* anno 1471., commercium iniit cum quodam ex ejus diſcipulis, *Simone Nicolai de Luca*, cum quo communem habuit officinam *in domo de Taliacoxis*. Haec ſocietas ad annum uſque 1474. perduravit; deinde ſolus artem tractavit, modo ſub proprio nomine, Moguntinorum Typographorum tunc ſubſcriptione uſus, modo *Lupi Galli* fratris ſui nomine uſurpato, uſque ad annum 1477., modo etiam in aedibus *Johannis Philippi de Lignamine*, in quibus celebrem officinam inſtruxit, huicque uſque ad mortem praefuit.

Characteris Romani formam ad perfectionem perduxit *Ulricus Han*, atque etiam punctorum uſum accuratiorem reddidit, non tamen ab omni errore expurgavit, ut videre eſt in editione *Pſalterii* Card. *de Turrecremata* anni 1476. Ipſe primus figuras ſculptas Typographiae addidit. Neque etiam dubito hunc fuiſſe auctorem *Sibyllinarum figurarum*, quae exſtant in opuſculis *Philippi de Barberiis* anni 1481. Perfecte enim conveniunt cum illis, quibus exornatae ſunt *Meditationes* Card.

Card. *de Turrecremata*. *Regiſtri* chartarum auctorem fecit ipſum *Meerman* (136), quem tamen hac in re erraſſe mihi perſuadeo (137). In exemplarium edendorum numero parcior adhuc fuit, quam *Conradus*, & *Arnoldus*; hinc rariores ſunt ejus editiones. Sed negligentiae reus fuit in praefigendo ſuis editionibus anno, nullo enim laudabili modo excuſari poteſt hujus defectus. De ejus mortis anno altum eſt apud Scriptores ſilentium. Hoc unum conſtat, ultra annum 1478. nullam de eo haberi mentionem.

GEORGIUS LAVER.

HErbipoli apud Germanos natus una cum ceteris ſuae nationis opificibus Romam Typographiae transferendae cauſſa appulit, nec tardius quidem anno 1469. Ineunte enim anno 1470. praelum jam habebat inſtructum in *Monaſterio S. Euſebii*, unde emerſerunt innumeri auctores Poe-

(136) *Origin. Typograph. Part. I. Cap. IV. pag. 76.*

(137) Jam enim *regiſtrum* illud in editionibus CONRADI, & ARNOLDI ab anno 1470. reperi.

Poetae, & Oratores quidem ab hoc anno ad ann. 1472. Anni vero notam qua ratione omittebat, ignoratur. In ſua officina curam correctoris exercuere doctiores illius temporis, inter quos *Pomponius Laetus*, & *Bartholomaeus Platina*, tum ipſimet Religioſi illius monaſterii hoc munus praeſtitere. Anno autem 1472. ſocietatem iniit cum *Leonardo Pflug*, & uſque ad annum 1483. laudabiliter munere ſuo functus eſt. Elapſo autem hoc anno non amplius ſuppetunt illius monumenta.

SIMON NICOLAI DE LUCA.

UNus fuit e primis ex Italia, qui edocti artem Typographicam in patria apud Germanos Typographos eam poſtea ſolus exercuerit. Pro magiſtro fuit ipſi *Ulricus Han*, qui cognito hujus ingenio poſtea (anno nempe 1471.) eum ſibi in ſocium adjunxit, ſimul imprimentes ab hoc anno *in domo de Taliacoxis in pinea Regione prope palatium S. Marci*. At anno 1475. ſolus munus hoc exercuit. Nihil de hoc Typographo invenitur apud Scriptores Lucenſes. Appellatur autem *mercator ſe-*

ſequens curiam Romanam in nota manuſcripta ſubnexa ſubſcriptioni *Petri Brixienſis anni* 1476. Ultra annum 1478. in annalibus Typographicis non amplius apparet *Simonis de Luca* nomen.

JOH. PHILIPPUS DE LIGNAMINE.

HUnc non Typographum, ſed Typographiae patronum appellandum dictum eſt ſupra *Cap. V. pag.* 88., *& ſeq.*

ADAM ROT.

HIc Metenſis Dioeceſis Clericus ab anno 1471. Romae Typographiam exercuit ad annum 1475., a quo non amplius nomen ejus apparet. Primus invexit diphthongorum uſum in Typographicis rebus, per unicam litteram ex duabus conflatam, ſeu per monogramma. Ceterum an *Adamus Rot* cum *Adamo de Ambergau* Typographo coaevo idem fuerit, incertum eſt.

LEONARDUS PFLUG.

EX Saxonia oriundus (138) anno 1472. Romae Typographiam gessit, sed continuo artem hanc dimisit, & patriam repetiit.

GEORGIUS SASCHEL.

DE Reichenhal oriundus ineunte anno 1474. Romae imprimere coepit, adjuncto sibi socio *Bartholomaeo Golsch*, & juxta quosdam artem hanc exercuit usque ad annum 1477., quo impressit *Theophilacti Commentar. in epistolas Paulli*. Quia vero nemo testatur, se hanc propriis vidisse oculis editionem huc usque, & praeter annum 1474. non appareat *Georgii Saschel* nomen, ideo prius Romae arti valedixisse verissimillimum est.

BAR-

(138) Hujus enim nominis exstare in Saxonia familiam, testis est SCHELHORNIUS in *Miscellaneis Lipsiensibus Tom. XII.*

BARTHOLOMAEUS GOLSEH.

NAtus in Hohenbart, una cum *Saſchel* anno 1474. impreſſit, nec plus ultra apparuit quidquam ab ejus praelo profectum.

JOHANNES GENSBERG.

ANno pariter currente 1474. praela habuit, ſed elapſo anno nomen ejus in faſtis Typographicis tacetur.

THEOBALDUS SCHENCHECHER.

PAtria etiam Germanus, & artium magiſter Romae anno 1473. artem Typographicam exercuit, ſed non ulterius.

WINDELINUS DE WILLA.

PAriter Germanus & artium magiſter ab anno 1473. ad 1475. uſque, habuit officinam Typographicam, ex qua exiere multi auctores ſelecti Grammaticales.

NICOLAUS HANHEYMER.

EX Oppenheim oriundus currentibus annis 1474., & 1475. Romae una cum *Scheurener* impreſſit, ſed non ultra.

BARTHOLOMAEUS GULDINBECH.

EX Sultz oriundus anno 1476. Romae imprimere coepit, & anno 1482. reperitur adhuc in ſubſcriptione *Summae Divi Thomae*; attamen perpauca inveniuntur ejuſdem opera.

JOHANNES SCHEURENER.

IN Bopardia natus ab anno 1474. uſque ad annum 1477. impreſſit, ſed ultra annum hunc haud progrediuntur ejuſdem monumenta.

JOHANNES REYNARDUS.

EX Enningen in Dioeceſi Conſtantienſi oriundus anno 1473. Romae imprimebat, quod praeſtitit uſque ad annum 1475. Deinde Argentoratum migravit, ubi no-

nomini priori adjecit illud *Gruningen*, vel *Gruniger*, ab anno ſcilicet 1484., ibique adhuc ineunte ſaeculo XVI. imprimebat (139).

GEORGIUS TIBULLUS DE AMIDANIS.

EX Cremona oriundus currente anno 1475. quoſdam auctores antiquos e praelis ſuis Romae vulgavit, ſed ultra hunc annum penitus ignoratur.

LUPUS GALLUS.

ULrici *Galli* frater una vice tantum nomen ſuum in librorum ſubſcriptione ſubjecit, anno nempe 1476. Quid autem de eo acciderit poſtea, ignoratur.

(139) Omnes hi Typographi a GEORGIO SASCHEL uſque ad JOHANNEM REYNARDUM natione Germani; probabiliter majori ſaltem ex parte Romam appulerunt tamquam opifices cum ULRICO HAN, & CONRADO, ac ARNOLDO. Deinde proprias ſibi officinas erexere, ſed magiſtrorum degeneres, peſſimis uſi ſunt characteribus, brevique artem relinquere coacti ſunt.

NICOLAUS LUPUS.

TYpographus ex ſolo imaginationis fetu *Krantzii in memorabilibus Bibliothecae Elizabethanae Wratislavienſis*, cui poſtea *Maittaire* adhaeſit, quique hunc imprimentem induxit anno 1482. *Ptolemaei Geographiam*, ſed errorem detexit, ac refellit *Schelhornius* (140).

ARNOLDUS BUKINK.

NAtione etiam Germanus potius Calcographus, quam Typographus appellari deberet; non enim aliunde innoteſcit, quam ex editione *Ptolemaei* anni 1478., in cujus praefatione dicitur ſucceſſiſſe *Conrado Sweynheym* pro terminandis geographicis tabulis aeneis. Verum tamen eſt fuiſſe etiam Typographum, quia in ſubſcriptione laudatae Geographiae dicit hanc ſe in tabulis aeneis jam in picturis formatam impreſſiſſe.

EU-

(140) In notis ad Card. QUIRINI pag. 237.

EUCHARIUS FRANK.

Eu *Silbert* ex Herbipoli, nomen ſuum ſaepe licentia etymologica mutavit, quandoque ſe *Eucharium Argenteum*, quandoque *Eucharium Archirion* nominavit, quia *Frank* nomen ejus Germanicum Latine ſignificat *Argentum*, & Graece Ἀργύριον. Ab aliquibus jam inducitur imprimens ab anno 1475. Sed cur ab hoc anno uſque ad 1480. otioſus exſtiterit, nihil ex iis, quae ipſius ſaltem nomine, inſignita ſint, huc uſque apparuit. Sed ab hoc anno quaſi ſolus Romanus fuit Typographus, & artem hanc ſub *Julio II.* anno 1504. adhuc exercebat, ſe Pontificis Typographum appellans. Hanc etiam filio ſuo *Marcello* una cum officina tranſmiſit, & charactere ſemigothico ſemper uſus eſt uſque ab XVI. ſaeculum.

GEORGIUS HEROLT.

EX Bamberga ortus, Romae anno 1481. Typographicam artem tractavit uſus charactere Romano elegante; ſed ultra

annum hunc nihil, quod ad ipsum pertineat, occurrit.

STEPHANUS PLANCH.

ORtus in Patavia Germaniae oppido (Passauv) ab anno 1482., non vero 1472. (141) Romae impressit usque ad finem illius saeculi. Quandoque se *Stephanum* solum nominabat, v. g. in *Vocabulario juris* anni 1494., & aliquando Gothico utebatur charactere, ut in laudato opere.

JOHANNES HUGO.

DE Gengenbach per aliquot annos Romae Typographus exstitit, sed quo expresse anno inceperit, ignoratur, quia notam anni omisit in omnibus fere libris a se ipso vulgatis. Primo apparet anno 1485. in opusculis *Gundisalvi*. Typographus ille quoad elegantiam characterum

(141) Ut placuit MAITTAIRIO, qui ipsum imprimentem iuduxit opus *de regimine Principum Aegidii Romani*, anno 1472. Hunc quidem librum reipsa impressit, sed anno 1482.

rum comparari poteſt cum primis illius ſaeculi Typographis.

PETRUS DE TURRE.

QUem credo potius Bibliopolam, quam Typographum. Dicitur tamen arte, & expenſis *Petri de Turre* impreſſa *Ptolemaei Coſmographia* anno 1490. Anno vero 1507. curavit *Petrus de Turre*, de nova *Ptolemaei* editione, quam auctiorem edidit, iiſdem tamen ſemper adhibitis tabulis aeneis, ac in editionibus annor. 1478., & 1490., aliquibus aliis tamen adjunctis. In hac autem editione anni 1507., quae etiam rariſſima eſt, ſicut duae ſuperiores, *Petrus* ſe Bibliopolam nominat.

JOHANNES BESICHEN.

PRimum in Baſilea Typographus (142), deinde Romam anno 1493. una cum *Sigiſmundo Mayer* appulſus impreſſit, & anno

(142) Sicut colligitur ex *Tractatu de Horis Canonicis Baſileae impreſſis apud Johannem Beſichen*.

anno 1500. una cum *Martino Amſterdam* adhuc ibi eamdem artem exercebat.

SIGISMUDUS MAYER.

EOdem anno, ac *Beſichen* Romam ſe contulit, unaque cum eo impreſſit, ſed eodem etiam anno abiit; ac celebrem officinam Neapoli diſpoſuit ineunte ſaeculo XVI., ex qua innumeri, & primi generis auctores emerſerunt (143).

(143) Sub anno 1493. occurrit Typographus nomine ANDREAS FRITAGIUS, tum alter ſub anno 1500. qui MARTINUS AMSTERDAM dicitur, ſed quia eorum exſiſtentiae incerta adhuc ſunt monumenta, ideo de illis ſpeciatim nihil hic ſubjicietur.

PRIMAE PARTIS FINIS.

SPE-

SPECIMINIS HISTORICI

TYPOGRAPHIAE ROMANAE

XV. SAECULI

PARS SECUNDA

SEU INDEX LIBRORUM ILLO SAECULO ROMAE IMPRESSORUM.

f. I

Lactantii Firmiani de diuinis institutionibus . . . .
Sub ãno dñi. M.CCCC.LXV. Pontificatus Pauli papę. ii. anno eius secũdo. Indictiõe. xiii. die uero aũpenultia mensis Octobris. In uenerabili monasterio Sublacensi. Deogratias.

f. II

Dogitanti mihi sepe numero & memoria uetera repetenti perbeati fuisse. Q. frater illi uideri solẽt qui in optima RE. PV: quom & bonoribus & rerum gestarum gloria florerent cum uite cursum tenere potuerunt: ut uel in negotio sine periculo.

TYPOGRAPHIAE ROMANAE

SAECULI XV.

PARS SECUNDA

MCCCCLXV.

LACTANTIUS de Divinis inſtitutionibus de opificio Dei &c. *Sub anno Domini* MCCCCLXV. *Pontificatus Pauli Pape II. anno ejus ſecundo indictione XIII. die vero antepenultima menſis Octobris in venerabili Monaſterio Sublacenſi. DEO gratias.* in folio (*a*).

MAR.

(*a*) Huic LACTANTII editioni ordine praeeſt *Donatus pro puerulis* ſecundum indicem datum a CONRADO SWEYNHEYM, & ARNOLDO PANNARTZ *in Bibliis*

MCCCCLXVI, & MCCCCLXVII.

MAR. TULLII CICERONIS de Oratore libri tres ad Quintum Fratrem. in fol. (*a*). San-

Bibliis Lyranis anni 1472., ſed cum claram ejus notitiam habere non potuerim, ideo hunc ad feliciorem remitto. De hoc tamen vide MEERMAN *origin. Typogr. Part. II. pag.* 245. Hanc LACTANTII editionem in multis Bibliothecis Romanis pertractavi, inter quas Vaticana, Barberina, Corſiniana, Aracaelitana, & aliae. Hujuſmodi exemplar acceſſit nuper inſtructiſſimae Bibliothecae SSmi D. N. PII VI., quam publico Caeſenatenſium bono non ita pridem deſignavit.

(*a*) Hic deficiunt anni, loci, & Typographi notae, ſed ſimilitudo characterum cum ſuperiori, & ſequenti induxit omnes Bibliographos ad adſignandam ipſi eamdem originem; & aliunde ex GASPARIS VERONENSIS teſtimonio relato Cap. II. clare evincitur, ipſum prodire debuiſſe ante annum 1468. His autem *de Oratore libris* annectendos *Brutum*, & *Oratorem ad Brutum* cenſuere MAITTAIRE, & Auctor *Catalogi Biblioth. Harleianae*, de quo vide MEERMAN loco ſup. cit. pág. 246. Singulare hoc habet rariſſima haec editio, & diverſum a ceteris omnino XV. ſaeculi impreſſionibus, quod haec iiſdem licet verbis incipiat in tribus libris, ac aliae, diverſimode tamen terminetur. Sic enim terminatur in ea liber I. *Se id neſcire confeſſus eſt*; II. Sic: *Curamque laxemus*; & III. *Audire velle dixerunt*.

Sancti AUGUSTINI Libri de Civitate Dei. *Sub anno a Nativitate Domini* MCCCCLXVII., *Pontificatus Pauli Pape ſecundi anno ejus tertio. Regnante Romanorum Imperatore Friderico; indictione XV., die vero duodecima menſis Junii. DEO Gratias.* G O D. in fol. (*b*).

A L. MAR-

runt. In aliis vero ſic II : *Audire velle dixerunt*; & III: *Curamque laxemus*. Priorem autem ordinem ſubſecutae ſunt omnes XVI. ſaeculi editiones ab ea, quam peregit PETRUS VICTORIUS uſque ad eam, quae cura Abbatis OLIVETII abſoluta eſt.

(*b*) Deeſt quidem loci nota, ſed ex chartae, & characterum perfecta convenientia cum duobus ſuperioribus non relinquitur dubitandi locus, prodiiſſe ex eodem Typographeio. Abſit enim, quod aſſentiar ſententiae aliquorum preſertim ex reverendis Patribus tunc in Sublaco exſtantibus, qua contendunt hunc a JOHANNE PHILIPPO DE LIGNAMINE, quem Romam convenerat Typographus Sublacenſis, impreſſum; cum conſtet, PHILIPPUM Romam anno tantum 1470. appuliſſe, & non alium fuiſſe Typographum Sublacenſem praeter CONRADUM, & ARNOLDUM, ex cap. nempe III. pag. 63. Peculiari charactere impreſſa manent tria haec opera, cujus typum exhibet figura prima tabulae hic ſubjunctae, medio quidem inter Romanum, & Gothicum, ſed ultra haec non amplius apparuit. *Lineatio* rectiſſima, charta eximia, amplique margines, ſed deficit atramentum. Primus textus Graecus in Lactantio impreſ-

ſus

MARCI TULLII CICERONIS Epistolae ad Familiares.

Hoc Conradus opus Sweynheim ordine miro,
Arnolduſque ſimul Pannartz una aede colendi
Gente Theotonica Rome expediere ſodales.
In Domo Petri de Maximo MCCCCLXVII. in fol. (*c*).

Meditationes JOHANNIS DE TURRECREMATA ſupra figuras Sanctae Mariae de Minerva. *Finite ſunt contemplationes ſupradicte,*

ſus ineſt capiti XXI. libri II., anteriores vero deſiderantur. Permulta exemplaria Romae mihi videre contigit hujus editionis Sancti AUGUSTINI, v. g. in Bibliotheca Angelica Sancti AUGUSTINI, in Corſiniana, & in altera Collegii Romani, quo in ultimo legitur ex manu illius ſaeculi ſcriptum: *Hic liber eſt Monaſterii Sublacenſis Congregationis Caſſinenſis ad uſum Monachorum ibi inhabitantium*. Quid per has litteras G O D. poſſit intelligi, dixi ſupra cap. III. adnot. 105. A L.

(*c*) Haec eſt prima CONRADI, & ARNOLDI editio facta Romae, de qua mentio facta eſt cap. III., & IV. Hujus inſignis raritas eam quaſi ſubtraxit, ideoque ſi occurrat in auctione publica pondere auri venumdatur; ſic v. g. in auctione librorum DOM. DE GAGNAT Pariſiis 430. librar. Gallicarum pretio comparata eſt. Exſtat autem unum exemplar in Bibliotheca Regia Pariſienſi.

dicte , & continuate Rome per Ulricum Han anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo , die ultima menſis Decembris . I. R. in fol. cum figuris (*d*) ,

MCCCCLXVIII.

LACTANTIUS de Divinis inſtitutionibus ex recognitione Fratris Adam Genuenſis *Hoc Conradus opus &c.* (*a*).

in

(*d*) Tanta eſt editionis hujus raritas , ut niſi conſtaret auctoritate duorum peritorum , oculatorumque tertium , de ejus exiſtentia poſſet dubitari . Exſtare enim in Bibliotheca publica Nurembergenſi unum exemplar , & ſe illud tractaſſe teſtantur MEERMAN *origin. Typograph. cap. IX. pag.* 250. , & HEINEKEN in libro , cui titulus : *Idee d' une collection complette d' eſtampes* , impr. Lipſiae in 8. 1771. Hujus jam meminerat ORLANDI in opere , cui titulus : *Origine , e progreſſi della ſtampa* pag. 225. Charactere Gothico grandiori uſus eſt ULRICUS HAN , nec eo alias uſus eſt , quam in ceteris editionibus , quas annis 1472. , & 1473. ejuſdem operis confecit . Exemplar licet imperfectum poſtremae editionis reperitur in Bibliotheca Caſanatenſi Romae . Characteris autem formam exhibent tria priora verba figurae ſecundae *Congitanti mihi ſaepe nu.* Figurae vero ligno inciſae & pro eo tempore ſatis accurate delineatae ſunt numero XXXIV.

(*a*) Verbo ad verbum reſpondente ſubſcriptione, ut in CI-

in Domo Petri de Maximo MCCCCLXVIII. in fol. (*b*).

RODERICI Zamorenſis Epiſcopi Speculum vitae humanae. *Hoc Conradus opus &c. in Domo Petri de Maximo* MCCCCLXVIII. in fol. (*c*).

San-

CICERONIS epiſtolis familiaribus praecedentis anni ab iiſdem opificibus SWEYNHEIM, & PANNARTZ editis. Frater autem ADAM erat ex familia Auguſtinianorum; de hoc infra.

(*b*) Undecim praeeunt operi folia, quae indicem capitum exhibent, & index terminatur octo verſibus, quibus ab ADAMO GENUENSI carpitur ANTONIUS RAUDENSIS. Raudenſis autem erat ex ordine Minorum in Inſubria natus, qui florebat circa annum 1420., ſi WADINGO credamus *pag.* 37. *Bibliothecae ſuae* impr. Romae 1650. in fol. LACTANTIUM corrigere volens acrius, & ſtrictius id praeſtitit, & propterea in ipſum inſurrexit ADAM GENUENSIS, & PHILELPHUS *epiſtol.* libr. V. epiſtola ad eum ſcripta.

(*c*) Subſcriptio integra, ut ſupra, in fine autem immediate ante ſubſcriptionem leguntur ſequentes verſus:

Edidit hoc linguae clariſſima norma Latinae.
Excelſi ingenii vir Rodericus opus,
Qui Romae Angelica eſt Cuſtos bene fidus in arce
Sub Pauli Veneti nomine Pontificis.
Claret in Italici Zamorenſis Epiſcopus auſis
Eloquii & ſuperos gloria parta viri.

Operi autem praeeſt epiſtola RODERICI ad PAUL-

LUM

Sancti AUGUSTINI libri de Civitate Dei XXII. *Hoc Conradus opus &c. In Domo Petri de Maximo* MCCCCLXVIII. in fol. (*d*).

Sancti HIERONYMI opus Epistolarum Tomi duo. In fine Tomi secundi legitur: *Anno Christi* MCCCCLXVIII. *indictione prima, die vero* XIII. *mensis Decembris, Pontifice maximo Paulo regnante secundo, anno ejus quinto. Romae in Domo Magnifici viri Petri de Maximo.* in fol. (*e*).

I M.

LUM II. RODERICUS SANCII DE AREVALO Hispanus natus anno 1404., Romam veniens sub PAULLO II. honoribus variis cumulatus, inter quos factus est Praefectus Arcis Hadrianae, seu Castri Sancti Angeli. Obiit autem Romae 1470. Ab Auctore Catalogi *Biblioth. Tellerianae pag.* 356. temere refertur ad annum 1467. Exstat autem Romae in Casanatensi Bibliotheca.

(*d*) Operi praeest index 14. folior. Subscriptio eadem omnino est, ac supra. Exstat autem in Bibliothecae Card. RENATI IMPERIALIS *Indice pag.* 41., & in Bibliotheca Patrum Augustinensium apud S. Mariam de Populo Romae.

(*e*) Initio tomi primi exstat epistola JOH. ANDREAE, quae incipit sic: *Pater Beatissime* PAULE II., & initio secundi altera, quae incipit: *Ante omnia*, & terminatur: *Valete amantissimi, atque optatissimi lectionum comites, & castae latinitatis studiosi*. Editionem hanc epi-

sto-

M. Tullii Ciceronis de Oratore libri III. *Finiti, & continuati sunt supradicti libri M. T. C. Rome per me Ulricum Han de*

stolarum S. HIERONYMI unam, eamdemque esse cum altera anni 1470. multi subdubitarunt, sed id expresse affirmat Cardinalis QUIRINI, ubi *de optimorum Scriptorum editionibus ex editione* SCHELHORNII *pag.* 122., sed quam temere, constabit sub anno 1470. Utraque autem editio tam anni 1468., quam anni 1470. exstat in Bibliotheca Regia Parisina.

Occasione harum Divi HIERONYMI epistolarum describenda occurrit altera, quam ejusdem antiquitatis affirmare non dubito, & quam ex praelo ULRICI HAN ex characterum integra conformitate cum illis, quibus usus est in imprimendo hoc anno CICERONIS opus *de Oratore*, non sine magna probabilitate existimo. Duobus tomis distribuitur, quorum primus, non numerato indice, est 355. folior., & secundus folior. 439. In hac editione desideratur vita Sancti HIERONYMI, quae reperitur in altera CONRADI, & ARNOLDI, sed ejus loco exstat oratio PETRI PAULLI VERGERII JUSTINOPOLITANI in honorem Sancti Doctoris. Primus initio habet Praefationem MATHIAE PALMERII *Pisani* ad PAULLUM II., quam sequitur ARISTEAS ex hujus PALMERII versione, & inde elogium THEODORI LAELII Piceni, qui Romae obiit anno 1464. Deinde PALMERIUS editor praemisit epistolam LAELII in hoc HIERONYMI *epistolarum opus*, & terminatur Volumen charactere majori sic: *Finis primae partis*. Secundus vero sic ex eodem cha-

de Wienna anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo die quinta menſis Decembris. in fol. (*f*).

PHALARIDIS Tyranni Agrigentini epiſtolae ex interpraetatione Franciſci Aretini. in 4. (*g*).

---

characte re : *Finis ſecundi voluminis epiſtolarum Beatiſſimi Hieronymi*. *Veritas vincit*. Ita *Catalogus Smithianus* impr. JA · RU.

Venetiis *anno* 1755. *in* 4. *pag. CCXXII. primae partis*, editionem hanc principem appellat, ſicut & Catalogus DOM. GHENSON impr. Liburni 1757. *in* 8. *pag.* 583. Epiſtolae autem omnes, ac Praefationes ſupra laudatae hujus editionis referuntur in primi horum Catalogorum parte ſecunda pag. CCCXV., & ſequentibus. Hujus autem deſcriptionem deprompſi ex exemplari eximiae conſervationis, quod exſtat in ſelectiſſimo Muſeo ABBATIS DE ROSSI a Secretis apud Principem Corſinium Romae.

(*f*) Subſcriptio haec exprimitur charactere grandiori Gothico, eodem, quo uſus eſt pro imprimendis *Contemplationibus ſuper figuras Sanctae Mariae de Minerva*, & cujus typum exhibent tria priora verba *figurae ſecundae*. Opus vero exaratum eſt charactere minutiſſimo ad Gothicum accedente, & ejus formam hic apponi curavi *figura ſecunda* propter ejus ſingularitatem. Quaelibet pagina eſt 36. linearum. Hujus deſcriptionem deprompſi ex exemplari DOM. DE ROSSI, de quo ſupra.

(*g*) Licet deſit anni, loci, ac Typographi nota, ex characterum tamen ſimilitudine cum illis, quibus CICERONIS

MCCCCLXIX.

M. TULLII CICERONIS Officia, Paradoxa, Somnium Scipionis, de amicitia, & senectute. Ejusdem Tusculanae quaestiones. *Finiti sunt libri Tullii Tusculanarum quaestionum. Rome per magistrum* Ulricum Han *de Wienna anno Domini* MCCCCLXVIIII. *die vero mensis aprilis*. in fol. (*a*).

DIO CHRISOSTOMO *Prusacensis de regno*

RONIS opus *de Oratore* ab ULRICO HAN hoc anno impressum est, qui characteres quidem ultra initium anni 1469. non amplius apparuere, quam in CICERONIS *Officiis*, *Paradoxis*, &c. huic Typographo hunc adscribere non dubitamus, & sub hoc tempore. Ejus Descriptio exstat apud DEBURE *Bibliog. instructive* tom. IV. 4111. Hanc Romae in Bibliotheca PP. Augustinensium S. Mariae de Populo tractavi. Quaelibet pagina est 25. linearum.

(*a*) Suscriptio exstat in fine *Tusculanarum*. Character autem horum Operum idem est omnino, ac ille CICERONIS *de Oratore* ejusdem ULRICI anni 1468. Quaelibet pagina primae Partis est 32. linearum, secundae vero 35. Perperam vero refertur haec editio ab ERNESTO Tom. I. *Biblioth. Latin. Fabricii pag.* 183. *ad anum* 1468. Hanc tractavi in Museo non satis laudando DOM. ABBATIS DE ROSSI. Haec editio, & altera CICERONIS *de Oratore* anni 1468. sunt rarissimae.

gno ex verſione Franciſci de Piccolomineis, cum praefatione ad Nicolaum V. *in* 4. (*b*).

PAULI DE SANCTA MARIA *ſcrutinium Scripturarum*.

Anſer Tarpeii cuſtos Jovis, unde quod alis
Conſtreperes Gallus decidit, ultor adeſt
Ulricus Gallus ne quem poſcantur in uſum
Edocuit pennis nihil opus eſſe tuis.
Imprimit illa die quantum non ſcribitur anno,
Ingenio haud noceas: omnia vincit homo.

in fol. parvo (*c*).

I 3 M.T.

(*b*) Caret quidem ſubſcriptione, ſed praeeſt epiſtola CARD. SENENSIS ad MAXIMILIANUM filium Imperatoris *data ex Urbe Kal. Jan. MCCCC. ſexageſimo nono*. Haec anni nota non relinquit dubitandi locum hoc anno, curante CAMPANO ſuo amiciſſimo, fuiſſe Typis ULRICI vulgatam. Utramque autem epiſtolam ad MAXIMILIANUM, & ad NICOLAUM V. refert *Catalogus Smith. Part. II. pag. LXXI.*

(*c*) In hac editione imprimuntur omnes tituli capitum ex Gothico charactere majori Meditationum JOHANNIS DE TURRECREMATA anni 1467., ſed eximius eſt character operis. Deſtituitur anni nota, ſed hic, & omnes ſequentes, quos ſub hoc anno, abſque eo quod

M. T. CICERONIS Philippicae, cum praefatione Campani ad Cardinal. Papienſem
Anſer Tarpeii cuſtos &c. in fol. (*d*).
JUSTINI hiſtoriae ex Trogo Pompeio in epitomen redactae, & libris XLIV. diſtinctae.
Anſer Tarpeii cuſtos &c.
Omnia vincit homo. in fol. (*e*).

Ju-

quod anni nota ſignentur, referam, tales ſunt, ut ultra ann. 1470. nullus eorum potuerit imprimi, ſed currentibus tantum annis 1469., & 70. Quod generaliter debet intelligi de libris omnibus, ubi adjacent quatuor CAMPANI verſus : *Anſer Tarpeii cuſtos* &c., quorum formam ineunte menſe Januario anni 1471. mutavit ULRICUS HAN propter diſceſſum CAMPANI, nec amplius ultra revixit. Exſtat in Bibliotheca Aracaelitana, & apud Sanctam Mariam de Populo. PAULLUS autem DE SANCTA MARIA, ſive PAULLUS DE BURGO Hiſpanus ex Judaeo Chriſtianus factus anno 1390. poſtea creatus eſt Chartaginenſis Epiſcopus, variiſque honoribus a Regibus Hiſpaniae decoratus obiit anno 1435.

(*d*) Praemittitur CAMPANI praefatio, terminatur abſque anni nota, & cum ſubſcriptione ſolita ſupra relata ad PAULLUM DE SANCTA MARIA, quam folio ſequenti ſubſequitur *regiſtrum* ſignaturarum. Exſtat apud Abbatem DE ROSSI unum optimae conſervationis.

(*e*) Aliqui editionem JENSONII anni 1470. habent pro

JUVENALIS & PERSII Satyrae.
Anſer Tarpeii cuſtos &c.
Omnia vincit homo. in fol. parvo (*f*).
VIRGILII opera omnia cum Commentar. Mauri Servii ex edit. Campani.
Anſer Tarpeii cuſtos &c.
Omnia vincit homo. in fol. (*g*).

pro originali, ſed temere, quia probare nequeunt hanc poſteriorem eſſe anno 1470., quinimo contrarium conſtat. In fine illius exſtat ſubſcriptio: *Anſer Tarpeii cuſtos* &c. Hanc apud Abbatem DE ROSSI mihi tractare contigit rariſſimam editionem.

(*f*) Terminatur ſubſcriptione ſolita, & abſque annnota. Pagina eſt 25. Linearum, & pro prima habetur haec editio, in qua adnectantur duo Poetae Satyrici. Hinc minus bene ſentit HIERONYMUS BARUFFALDIUS Junior pag. 43. opuſculi, cui titulus: *della Tipografia Ferrareſe Saggio Bibliografico*, antiquiorem affirmans eam, quae anno 1473. Brixiae peracta eſt, jubente Presbytero *Petravilla* ad XIII. Kal. Aug. in fol. DEBURE *Bibliogr. inſtr. Tom. III. pag.* 2827. hanc noſtram deſcripſit. Exſtat apud Sanctam Mariam de Populo Patrum Auguſtinenſium Romae.

(*g*) Haec eſt editio prima VIRGILII cum commentariis. Solita terminatur ſubſcriptione. Laudatus BARUFFALDIUS, qui hoc anno 1777. edidit ſupra laudatum librum, editiones VIRGILII cum *dictis commentariis* a VALDARFER Venetiis anno 1471.. & ab ANDREA GALLO Ferrariae 1471. peractas appellat priores

ea

RODERICI SANTII DE AREVALO (alias Zamorensis) historia Hispanica. *De mandato R.P.D. Roderici Episcopi Palentini auctoris hujus libri. Ego Udalricus Gallus sine calamo, aut pennis eumdem librum impressi.* in fol. (*b*). PLU-

ea ULRICI, sed ex dictis sub nota (*c*) satis asseritur nostrae prioritatis pretium. Hinc etiam corrigendus est *Catalogus Smithianus pag.CCCCXXXIX.* Ast ad BARUFFALDIUM rediens dico, quod *pag.* 47. male origines Typographicas noverit Lipsienses, anno 1484. has adscribens; Si enim absque recursu ad ORLANDUM, & MAITTAIRE, ad recentiores, inter quos LESSER *in Typographia jubilante*, LEICHIUS *in orig.*, *& increment. Typogr. Lipsiensis pag.* 5., & PROSPER MARCHAND *hist. de l'Imprimerie pag.* 74. legendos se convertisset, jam vidisset ab anno 1480., & 1481. ibi exstitisse Typographiam. Pariter mihi videtur a vero aberrasse dicens pag. 9., & 10. post Sublacum, Ferrariam, Venetias, & Romam, Neapolim, dein Tarvisium, Bononiam, & Mediolanum inter priores fuisse Civitates, quae artem Typographicam susceperint, anno scilicet 1471. Ast ipse ignoravit, Fulginii, & Trebiae jam ab anno 1470. artem hanc obtinuisse. Deinde cur ibi affirmat, D. MEERMAN satis probasse DONATUM fuisse impressum Sublaci? Cui enim bono id probasset, nemo de hoc dubitavit cum notus sit omnibus index librorum in hoc Monasterio impressorum Sixto IV. exhibitus. Si etiam propriis manibus tractasset libros, quos refert, accuratior foret in eorum descriptione.

(*b*) Rarissimae huic editioni praeeunt tria folia prologi,

PLUTARCHI Vitae virorum illustrium e Graeco in Latinum factae a variis auctoribus, recognoscente Johanne Antonio Campano.

Anser Tarpeii custos &c.

Omnia vincit homo. in fol. (*i*).

TITI LIVII Patavini Historiarum Romanarum Decades, & libri, qui supersunt. An

logi, & indicis. Opus dividitur in libros IV., tituli omnes colore rubro imprimuntur, & in fine legitur laudata subscriptio absque anni nota. Ante autem exitum anni 1470. hoc prodiisse docet subscriptio affirmans, ipsum fuisse impressum de mandato Auctoris, qui ante exitum anni 1470. jam excesserat. Hinc corrigendus FABRICIUS *Bibl. med.*, & *infr. Lat. edit. Patav. Tom. IV.* dicens primam hujus editionem factam fuisse *Palentiae* in Hispania. Id in editione hac singulare est, quod observavit DEBURE *Bibliogr. instruct. numer.* 5516. inter exemplaria, quae Parisiis tractavit, unum fuisse impressum partim in membranis, partim in charta communi.

(*i*) Huic praecest CAMPANI epist. ad CARD. PAPIENSEM, & eodem folio, sed aversо legitur index vitarum cum nomine interpretum, & folio sequenti solita subscriptio, nullatenus vero nec in opere, nec in fine operis. Hunc ante annum 1470. prodiisse, sicut superiores (nulla signata anni nota) certum est propter eamdem rationem. Exstat vero in Bibliotheca *RR. PP. Araecaeli*, quae multis aliunde hujus generis potitur cimeliis, quae comiter externis communicantur.

Anſer Tarpeii cuſtos &c.
Omnia vincit homo. in fol. Tom. 2. (*k*).
M.

(*k*) Quamvis celebris haec LIVII editio nullam praeferat anni notam, hujus tamen aetatem inveſtigare conabor. De hujus editionis anno diſputant eruditi, quorum tres praecipuas invenio hac de re opiniones nuper jam recenſitas in opere Gallico, cui titulus: *Bibliographie inſtructive par* DEBURE, impreſſo Pariſiis 1768. *in* 8. *uum.* 4800. Prima opinio eorum eſt, qui putant, hanc editionem, & alteram, quae *ex aedibus Maximis* circa idem tempus prodiit, antiquiores eſſe editione, quae Venetiis a VINDELINO DE SPIRA anno 1470. adornata fuit, ideoque ad annum 1469. eam eſſe referendam. Altera opinio eorum eſt, qui editionem *de* MAXIMIS editione CAMPANI priorem eſſe aſſerunt. Alii tandem affirmant editionem VINDELIANAM CAMPANI editione priorem eſſe quoad duas ultimas decades, licet poſterior ſit quoad primam.

Prima opinio his nititur fundamentis. 1. CAMPANUS in ſua praefatione in QUINTILIANUM anno 1470. *menſe Auguſto* teſtatur, *ſe in Quintiliana editione* eadem uti diligentia, quam in TITI LIVII *editione adornanda adhibuerat*. 2. VINDELINUS DE SPIRA ſuae editioni eamdem praefixit Praefationem, quam JOHANNES ANDREAS editioni de MAXIMIS ad PAULLUM II. inſeruerat.

Secundam opinionem qui tuentur, id unum affirmant, valde probabile eſſe CAMPANUM in ſua editione exaranda ea uſum fuiſſe editione, quam jam ANDREAS adornaverat. His autem ducuntur rationibus, quod idem ANDREAS Bibliothecae Vaticanae Praefectus

M. T. Ciceronis De Oratore libri III.

De

ctus LIVII manuscripta prae manibus habuerit; id vero minus accurate dictum est. Legatur enim epistola, ad CARDINALEM PAPIENSEM, quam praemisit LIVIO hujus editionis CAMPANUS, & quam iterum imprimi curavit in *Commentariis rerum memorabilium* PII II. *editis Francofurti anno* 1614. *in fol. pag.* 722., ubi CAMPANUS post fusam tantorum laborum descriptionem diserte scribit, *se collatis exemplaribus plurimis unum tandem ab erroribus repurgatum suis typographis edendum dedisse, seque primum fuisse pronuntiat, qui hunc laborem susceperit*. Multo etiam probabilius est, CARDINALEM PAPIENSEM hos Codices mss., quos ipse tanta diligentia conquisierat, CAMPANO subministrasse, atque etiam certum est exstitisse inter haec exemplaria illud PLUTARCHI *de vitis virorum illustrium*, quod DONATUS ACCIAJOLUS comparaverat (teste lib. supracitato pag. 542.), atque hoc idem est exemplar, quo usus est CAMPANUS in paranda operis hujus editione eodem tempore, ac LIVIUM parabat. Praeterea omni caret verisimilitudine CAMPANUM JOHANNIS ANDREAE laboribus indecore omnino usum fuisse, eo praesertim tempore, quo primi illi Romanae Typographiae nascentis auctores sese mutua aemulatione proculdubio prosequebantur. Quaenam vere comparatio institui potest indefessum inter CAMPANI laborem in LIVIANA *editione* adornanda, & inter nudam, ac simplicem a JOHANRE ANDREA tentatam imitationem? Aliunde Romae jam aliae erant Bibliothecae, inter quas numerari posset, quae erat POMPONII LAETI in Mon-

De Oratore ad Brutum, & perfecto genere dicendi. *Anno Chriſti* MCCCCLXIX. *Die*

Monte Quirinali, & ALOYSII TUSCANI, quaeque in aedibus Mediceis exſtabat prope Sanctum Euſtachium ad Thermas Alexandrinas, ubi nunc Praetorium Urbis.

Tertia opinio eſt primam Decadem a CAMPANO vulgatam, priuſquidem exſtitiſſe *editione* VINDELINI, ſed hunc poſtea tertiam, & quartam Decades ex VINDELINI *editione* deſcripſiſſe. Quo fundamento nitatur tale figmentum, expendamus. Nulla alia nititur auctoritate, niſi uſu verſiculorum, quos CAMPANUS ULRICI editionibus pro more ſuo exarari curavit. CAMPANUS enim (inquiunt hujus opinionis adſertores) conſuetos verſus adjecit tantum poſt primam Decadem, non vero poſt tertiam; quo argumento probari ajunt primam Decadem jam fuiſſe expletam, nullatenus vero tertiam, alioqui eoſdem verſus poſt ipſam adhibuiſſet. Sed ineptum ſane eſt hoc argumentum; typographus enim duo tantum volumina efformare ſibi propoſuerat, itaut hoc modo in fine utriuſque ſolita exſtaret CAMPANI inſcriptio. Cur non pariter affirmant ii, qui hanc tenent opinionem, FLORI *epitomen* in 140. libros LIVII ſub uno licet, eodemque trium Decadum *regiſtro* impreſſam fuiſſe, tamquam opus completum, ut veluti unum corpus ſeparatum formaret, cum in ejus fine legatur inſcriptio ſolita?

Pariter cur in fine vitarum PLUTARCHI eodem tempore editarum haec non exſtat ſubſcriptio, ſed ſolum poſt praefationem? Aliunde ſi tres Decades continuo

Die vero XII. *menſis Januarii . Rome in Do-*

nuo , eodemque tempore non edidiſſet , qua ratione poſt FLORI *epitomen* per modum *regiſtri* ſubjunxiſſet verbum initiale triplicis Decadis , non vero ipſorum Codicum ? Quis enim illi ſuppeditaſſet haec initialia verba , ſi integrorum manuſcriptorum Codicum inopia laboraſſet ? Praeterea , ut jam ſupra monui , ante QUINTILIANI editionem datam menſe Auguſto LIVIUM jam edi curaverat CAMPANUS anno 1470. , quo anno apparuit LIVIUS VINDELINI , & anno 1471. ineunte Januario Ratisbonam profectus , eſt cum CADINALI SENENSI , ſicut ſupra diximus : ergo anno 1471. duas ultimas Decades curare non potuit , tardius igitur ineunte anno 1470. in lucem LIVIUM propoſuit ULRICUS HAN , & quidem completum .

Hanc ergo priorem ea VINDELINI , & ea JOHANNIS ANDREAE affirmo . Quo vero ad characterum venuſtatem , ac magnificentiam aequalis ſaltem eſt Vindelinianae , ſed editioni apud Maximos peractae longe ſuperior , adeoque CAMPANI labori princeps locus eſt tribuendus . Regulam autem generalem occaſione harum omnium ULRICI HAN editionum ſupra relatarum inſtitutam pro aſſignanda temporis prioritate unius prae altera , cum deficit penitus anni nota . I. IOHANNIS ANTONII CAMPANI ſoliti verſus , nempe *Anſer Tarpeii cuſtos* &c. , alicui editioni adjecti ſignificant hanc a medio anno 1469. uſque ad finem Decembris anni 1470. prodire debuiſſe , quia toto eo tempore , nec ulterius officinae ULRICI HAN praefuit CAMPANUS , & eo profecto ineunte anno 1471. alia uſus eſt ULRI-

Domo Magnifici viri Petri de Maximo. in fol. (*l*).

Ejusd. CICERONIS libri de Officiis, liber Paradoxorum; Laelius, Cato Major, & versus XII. Sapient. *Hoc Conradus opus &c Anno Christi* MCCCCLXIX. *die vero* XXIIII. *mensis Januarii Rome in Domo Magnifici viri Petri de Maximo*. in fol.(*m*).

Lu-

RICUS formula, sicut indicant libri ex ejus officina, hoc anno vulgati. II. A primis anni 1469. mensibus duplici charactere Romano usus est ULRICUS HAN, minuto uno, qualis est ille LIVII, & grandiori altero, qualis est ille QUINTILIANI. Minuto autem prius usus est, tum quia minus elegans est altero, minorque ejus correctio, tum quia grandior fuit ille, quem, profecto CAMPANO, & inita societate anno 1471., proprie sibi reservavit, specialique JOHANNIS PHILIPPI DE LIGNAMINE usui consecravit, in cujus aedibus ipse ULRICUS HAN artem suam exercere non erubuit. Ex quo sequitur libros, cui adjunguntur versus CAMPANI, charactere minuto impressi priores esse editis ex charactere majori.

(*l*) In fine secundae Partis exstat allata subscriptio, ac immediate a textu auctoris volumen incipit absque praefatione. Hanc descripsit DEBURE *Bibliogr. instr. num.* 2392.

(*m*) Post allatam subscripsionem sequuntur duo folia, quae exhibent versus *XII. Sapientum*. Opus vero immedia-

Lucii Apuleii Madaurenſis opera item Alcinous de doctrina Platonis, interprete Petro Balbo Piſano una cum praefatione Joh. Andreae Alerienſis Epiſcopi. *Anno ſalutis* MCCCCLXIX. *Paulo Veneto regnante ſecundo, Anno ejus quinto, die vero ultima menſis Februarii. Rome in Domo Petri de Maximo.* in fol. (*n*).

Aulii Gellii Noctes Atticae una cum praefatione Joh. Andreae ad Paulum II.... *anno Chriſti* MCCCCLXIX. *Paulo regnante* II., *anno ejus* V., *die vero* XI. *menſis Aprilis in Domo Petri de Maximo.* in fol. (*o*).

C. Ju-

mediate abſque praefatione, & titulo incipit. Exſtat in Bibliotheca Angelica Auguſtinenſium.

(*n*) Prima eſt rariſſima haec editio ex libris a CONRADO, & ARNOLDO impreſſis, cui JOHANNES ANDREAS Epiſcopus Alerienſis praefationem addiderit, in qua totus eſt in laudibus celebrando Card. BESSARIONE. Hinc erronea occaſio fuit DEBURIO *Bibliogr. inſtr.* num. 3583. huic Cardinali adſcribendi hanc praefationem. Refertur autem integra illa praefatio a Card. QUIRINIO *in Appendice ad vitam* PAULLI II. Exſtat vero hoc Apuleii opus in Biblioth. Vaticana num. 9965.

(*o*) Praemittitur illa curioſa, ſed ampliſſima praefatio V. foliorum, quam integram retulit CARDIN. QUI-

RI-

C. Julii Caesaris Commentaria, una cum praefatione Joh. Andreae. . . . *Anno Christi* MCCCCLXIX., *die vero* XII. *mensis Maij*, *Paulo florente* II., *anno ejus* V. *Rome in Domo Petri de Maximis*. in fol. (*p*).

M. Annaei Lucani Pharsalia una cum praefatione Joh. Andreae ad Paulum II. *Hoc Conradus opus &c. Sodales* MCCCCLXIX. in fol. (*q*).

Bes-

RINIUS *de optimorum Scriptor. editionibus* ex edit. SCHELHORNII peracta *Lindaugiae anno* 1761. *in* 4. *pag.* 196., *& sequent.*, quam semper editionem in citationibus supponam utpote ampliorem. In hac vero editione reperitur amplus Capitum, & Librorum index 14. foliorum. Quidam, ac MAITTAIRE praesertim editionem hanc habent pro Coment. JOH. ANDREAE in GELLIUM, sed de hoc jam supra. Hac editione potitur Bibliotheca Angelica, & Sanctae Mariae de Populo.

(*p*) Praeest praefatio JOH. ANDREAE a QUIRINIO relata pag. 146. Aliqua exstant exemplaria in membranis; unum erat v. g. in Bibliotheca Hulsiana Tom. I. pag. 192. Editionis hujus inter rariores libros rarissimae exstat exemplar unum apud Sanctam Mariam de Populo. In auctione librorum D. DE GAGNAT, ubi duo erant, unum 605. libras gallicas, & aliud 500. solutum est.

(*q*) Suam huic praefixit praefationem JOH. ANDREAS una cum LUCANI vita, & in fine exstat allata subscri-

BESSARIONIS Cardinalis Sabini, & Patriarchae Conſtantinopolitani libri VI. de natura & arte adverſus Georgium Trapezuntium calumniatorem Platonis.

Aſpicis illuſtris Lector quicumque libellos,
Si cupis artificum nomina noſſe, lege:
Aſpera ridebis cognomina Teutona forſan
Mitiget ars Muſis inſcia verba virum.
Conradus Sweynheym, Arnoldus Pannartzque magiſtri
Romae impreſſerunt talia multa ſimul.
Petrus cum fratre Franciſco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum. in fol. (*r*).

K M. T.

ſcriptio, in qua nulla eſt mentio domus de MAXIMIS. Unum habet exemplar Biblioth. Sanctae Mariae de Populo, & ejus praefationem refert Card. QUIRINIUS pag. 171.

(*r*) Praemittuntur operi 12. folia indicis librorum, & capitum; tum in fine legitur relata ſubſcriptio abſque anni nota. Hanc vero non anno 1470., ut placuit DEBURIO num. 1265., ſed 1469. revera impreſſam fuiſſe evincitur. Inter epiſtolas enim MARSILII FICINI quaedam eſt BESSARIONIS ad eum *data Romae idibus ſeptembr. anni* 1469., quae comitabatur exemplar unum ipſius libri, quod FICINO ipſe offerebat.

Tum

M. T. CICERONIS epiſtolae ad Familiares ex recognitione Joh. Andreae.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . . *contribuere domum.*

MCCCCLXIX. *pridie nonas novembris.* in fol. (*s*).

P. VIRGILII MARONIS opera ex recognitione, & cum praefatione Joh. Andreae, ejus editio prima.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . *con-*

Tum alia eſt PHILELPHI ad BESSARIONEM pro gratiarum actione recepti libri, *data ex Mediolano* III. *nonas octobris* 1469., *libro* nempe XXXI. *epiſtol.* PHILELPHI *edit. Venetae anni* 1502. *in fol. pag.* 214. Exſtat in Biblioth. Corſiniana, & apud Sanctam Mariam de Populo.

(*s*) A textu immediate incipit abſque praefatione, & terminatur ſuperiori ſubſcriptione. Quidam propter ejus inſignem raritatem dubitarunt de ejus exſiſtentia; ſed praeterquamquod ex indice librorum SIXTO IV. exhibito anno 1472. conſtat, 275. exemplaria fuiſſe hujus operis edita, aliunde a CARDIN. QUIRINIO pag. 87. refertur, & DAVID CLEMENT *Bibliotheque curieuſe &c. impr. a Hannover, & Gottinque* ab anno 1750., & ſequenti uſque ad ann. 1760., quo Lipſiae IX. impreſſus eſt, & ultimus (quod opus morte auctoris incomplet. tum remanſit) *in* 4. *Tom.* VII. *pag.* 125. dicit ſe vidiſſe unum venditum in auctione Petaviana 151. florenos Germaniae.

..... *contribuere domum*, in fol. (*t*).

(*t*) Editio haec immediate incipit a praefatione JOH. ANDREAE ad PAULLUM II., cujus titulus in aliquibus exemplaribus imprimitur, non vero in aliis, cujus variationis rationem ignoro. Refertur autem a Cardin. QUIRINIO pag. 162., & seq. Haec quidem editio una cum indice contentorum in volumine duo occupat priora folia. Licet autem desit annus editionis, ex praefatione tamen colligitur his verbis: *Hac nos potissimum ratione cum jam ab impressoribus nostris efflagitarentur poete, Pater Beatissime* PAULLE II. *Venete Pontifex Maxime, a* MANTUANI VATIS *operibus poetarum exprimendorum initia, Domino auxiliante, sumus auspicati, ceteros item temporibus idoneis, prout tibi placere didicerimus, per ordinem omnes impressuri &c.* Ex quo evidenter infertur VIRGILII editionem praecessisse editionem LUCANI, quam supra recensuimus, ideoque ante exitum anni 1469. CONRADUM, & ARNOLDUM jam editionem VIRGILII publicasse. In prima autem sequentia continentur, & hoc ordine. Praefatio. Culex. Dirae. Copa. Est & non. Vir bonus. de Rosis. Moretum. Versiculi VIRGILII *Nocte*. Versus in Balistam Iatronem. Versus OVIDII *Qualis*. Summa Virgilianae narrationis in Bucolicis, Georgicis, & Aeneide. Eclogae X. Georgicorum libri IV. Aeneidum libri XII. Versus SULPITII Carthaginensis *Jusserat*. Carmina CAESARIS AUGUSTI. *Ergo ne*. Epitaphia illustrium virorum *Conditus*. Versus de Musarum inventis *Clio*. Elegia in MAECENATIS obitu *Desteram*. Et haec omnia terminantur subscriptione supra relata. Editionis hujus exemplar unum mihi suppeditavit Illustrissimus MARCHIO DE MAXIMIS.

P. VIRGILII MARONIS opera ex editione, & cum praefatione Joh. Andreae.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . *contribuere domum*. in fol. (*u*).

P. VIRGILII MARONIS opera ex editione Joh. Andreae, & cum duplici hujus praefatione, una ad Paulum II., & alia ad Pomponium Laetum. Conradi, & Arnoldi virgiliana editio altera.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . *contribuere domum*. in fol. (*x*).

MAR-

(*u*) Immediate incipit a praefatione, quae eadem eſt, ac in ſuperiori, ſed abſque titulo. Praeter laudata VIRGILII opera in ſuperiore edita haec inſuper continet *Luſus poetarum circa* PRIAPUM, qui quinque occupant folia; in aliis vero perfecte ſimilis videtur utraque editio. Hinc unam, eamdemque eſſe editionem cum ſuperiori ſuſpicarer, adjectis ſolis quinque foliis Luſus poetarum in PRIAPUM. Exſtat unum exemplar apud Sanctam Mariam de Populo.

(*x*) Immediate ſic legitur charactere capitali: JOH. ANDREAE *Epiſcopi Alerienſ. in Cirno, id eſt Corſica Inſula in ſecundam* VIRGILII *impreſſionem ad* POMPONIUM INFORTUNATUM *ſuum epiſtola. Eloquentiae ſplendore &c.*, & haec praefatio incipit, & terminatur eodem prorſus modo, ac in duabus ſuperioribus, & licet titulo tenus ea ad POMPONIUM dirigatur, in ea tamen ſemper appellatur PAULLUS II. Sed poſt hanc im-

MCCCCLXX.

MARCI FABII Quintiliani institutionum oratoriarum libri XII. edente Campano una cum ejus praefatione ad Cardinal. Piccolomineum Senensem. *Absolutus Romae in via Papae prope Sanctum Marcum, anno*

immediate alia haec sequitur epistola: *Huc usque epistolam clauseram, amantissime* POMPONI, *in superiore edenda* impressione Virgiliana, *in qua tu testis es optimus nostros artefices plus, nescio quomodo communiter solent, dormitasse. Dein ipse antiquitatis totius studiosissimus,* MARONIS *tamen aliquanto amicior dedisti operam, ut ex manibus tuis antiquissimum* VIRGILII *exemplar majusculis characteribus descriptum, vix carptim possem evoluere. Erant in eo, quod meministi, minus prima, Bucolicorum Eclogae, Georgica, Aeneisque absoluta. Praeterea nihil. Fateor aliquibus in locis, & verbis Codicem mihi vetustum illum judicatum esse nostro veriorem. Et si fieri poterit, quod spero, ut possim, diutius illum per Dominum ejus in meis manibus tenere diligentissime curaturum me spondeo, ut tertia fiat impressio, ne quid omnino videatur ex Virgiliana a nostris majestate desiderari. Tu tamen mihi etiam Aetnam Maronis, & Cirin integras quidem, sed inemendatas, Catalceton vero etiam corruptius, & imperfectum tradidisti. Vitam item divini Vatis brevissime scriptam, & nonnullos summerios operis versiculos, eos quoque, qui hortuli nomine inscribuntur, Quae ego omnia diligentia tua, ut debui, mirum in modum oblectatus, adscribi huic novae impressioni curavi, tali tamen conditione,*

salutis MCCCCLXX. *die vero tertia mensis augusti. Paulo Veneto Papa* II. *florente, anno ejus* VI. in fol. (*a*). C. SVE-

ne, ut si quid imprimendo nostri artifices errarint, tua sit etiam emendandi cura, qui ut haec legi a pluribus possent, sedulitate tua effecisti. Vale. Ex hac epistola statim constat, quid contineat haec editio, & in quo a duobus superioribus differat. Sequentia autem de his VIRGILII editionibus observanda sunt. I. Anno 1471. die XIII. novembris duas jam vulgatas fuisse, quia in indice, & libello hac die ab illis opificibus SIXTO IV. oblato memorantur 550. exemplaria, qui numerus in duas partes divisus producit 275., & erat consuetus Codicum operis, quod tunc imprimerent illi opifices, numerus. II. POMPONIUM LAETUM apud PAULLUM II. male exceptum fuisse, sicut supra observavi Cap. IV. adnot. 116., adeoque JOH. ANDREAM non fuisse adeo impudentem, ut PAULLO adhuc vivente communem uni, & alteri dedicatoriam epistolam fronti Virgilianae editionis praefigeret. Quapropter hujus editionis nulla habebatur ratio a CONRADO, & ARNOLDO in numero 550. exemplarium, sicque posterior debet esse *Bibliis Lyranis* haec POMPONIO dicata editio. Multa adhuc circa tria haec diversi generis Virgiliani Codicis exemplaria inquirenda, dubiaque resolvenda esse non ignoro, sed haec ad eruditiores Bibliographos, remitto; mihi sufficiat dedisse variam unius ab altero discrepantiam. Has autem rarissimas esse necessum est; vix enim unus est Bibliographus, qui unam noverit Virgilianam editionem e praelis CONRADI, & ARNOLDI vulgatam.

(*a*) Operi praeeunt quatuor folia praefationis, & in-

C. SVETONII vitae XII. Caesarum cum praefatione Antonii Campani.... *Absolu-*

 tus

indicis rubricarum XII. librorum. Haec autem quandoque etiam exstant ligata in fine voluminis. Pagina quaelibet est 35. linearum, & tituli sunt manuscripti. *Utinam quod nuper in* LIVIO PAPIENSIS *nostri* (*Cardinalis* JACOBI PICCOLOMINEI) *jussu conatus sum facere, ut esset quam emendatissimus, idem nunc hortatu suo & in* QUINTILIANO *licuisset, quorum diverso in genere eadem prope utilitas, certe par dignitas est*. Ex quibus verbis CAMPANI patet, LIVIUM prius impressum fuisse QUINTILIANO. Integra autem refertur haec praefatio in *Catalog. Smyth. pag.* 81. Ex libris impressis vix unus raritatis insigniora habet testimonia. FABRICIUS *Biblioth. lat. lib. II.* (sed hujus errorem correxit novus illius editor ERNESTUS) LA CAILLE *hist. de l'imprim. pag.* 17., FREYTAG *apparat. litter. Tom. III. pag.* 72., PHILIPPUS MASSON *histoire critique de la republique des lettres Tom. V. pag.* 356. quamdam indicant editionem QUINTILIANI a CAMPANO anno 1468. procuratam, quia nemo eorum hanc novit. Card. QUIRINIUS *pag.* 184., & sequen. dicit se facta quavis diligentia numquam videre potuisse unam QUINTILIANI editionem a CAMPANO curatam, licet JOHANNES ANDREAS in praefatione ad suam auctoris hujus editionem illius meminerit, integramque referat praefationem. Hinc in auctione librorum DOM. DE GAGNAT soluta est haec editio 807. libras Gallicas. Exstat hujus editionis exemplar Romae in Angelica Bibliotheca Augustinensium, & in Janiculensi S. Onuphrii Fratrum B. Petri Gambacurtae de Pisis.

tus Rome in Pinea regione via Pape, anno a Chriſti natali MCCCCLXX. *ſextili menſe, Pauli autem Veneti* II. *Pont. Max. anno ſexto.* in fol. (*b*).

JOHANNIS DE TURRECREMATA expoſitio in Pſalmos. *Die quarta Octobris per honorabilem virum Magiſtrum Uldalricum Gallum ex Bienna anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo. Laus Deo.* in fol. (*c*).

Sancti LEONIS Papae ſermones, & epiſtolae cum praefatione Joh. Andreae.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

..... con-

(*b*) Operi praemittitur folium exhibens praefationem CAMPANI ad Card. SENENSEM (a Card. QUIRINIO relatam pag. 194.) & indicem rubricarum XII. librorum. Haec editio prior eſt ea JOHANNIS ANDREAE, quae *anno VII. Pontificatus* PAULLI II. *impreſſa* dicitur. Haec autem reperitur in Bibliotheca Barberiniana, in Angelica, & apud S. Mariam de Populo.

(*c*) Paucis nota fuit haec editio, ut DEBURE *Bibliogr. inſtr. Tom. I. num.* 241. Moguntinam anni 1474. appellet primam. Ab hoc menſe derelictus videtur ULRICUS HAN a CAMPANO; defectu enim manuſcripti vel hiſtorici, aut humaniorum litterarum ſe ad hoc recens prioris ſui Maecenatis opus Theologicum convertit. Hujus exſtat exemplar in Vaticana Bibliotheca ſub num. 664.

. . . *contribuere domum.* MCCCCLXX. in fol. (*d*).

L. Coelii Lactantii libri de Divinis inſtitutionibus una cum praefatione Joh. Andreae. Tertia editio Romana, ſed prima Epiſcopi Alerienſis.

Aſpi-

(*d*) Operi tria praemittuntur folia praefationis, indicis, & *regiſtri*. Epiſtolas ſequuntur ſermones, aliaque opuſcula, quae occupant 13. folia. Quaelibet pagina eſt 38. linearum, & in fine legitur ſubſcriptio integra *ſub anno* 1469. BESSARIONIS *articulo relata* ſimul cum anni nota. Editionem hanc ignoravit Cardin. QUIRINIUS, qui in praefatione pag. 134. dicit ſe hanc deprompſiſſe ex duplici exemplari, quorum neutrum ulla ſubſcriptione, ac anni nota ſignabatur; ſicut reipſa mihi videre unum contigit in Collegio Romano, cujus hic deſcriptionem ſubjicio. Tria praeeunt folia, quae JOHANNIS ANDREAE praefationem eamdem, ac quae legitur in editione modo recenſita, una cum *regiſtro* exhibent. Tituli ſermonum imprimuntur charactere majori eo, quo opus conficitur; quaelibet pagina eſt 35. linearum, excepta ultima, quæ eſt 23. Haec autem editio certiſſime procedit ex officina ULRICI GALLI ſub finem anni 1470., aut initio 1471. Iidem enim ſunt characteres, quibus uſus eſt in QUINTILIANI editione. Immerito ergo ad annum 1475. hanc refert DEBURE *in epiſt. reſponſ. ad P. de Mercier pag.* 29. Editio autem perſpicue exhibet notam anni 1470. Exſtat adhuc in Bibliotheca Collegii Romani, in Corſiniana, & in Janiculenſi S. Onuphrii.

Aſpicis illuſtris Lector &c.
...contribuere domum. MCCCCLXX.
in fol. (*e*).

San-

(*e*) Praemittitur praefatio JOH. ANDREAE ad PAULLUM II., quae una cum indice capitum, & octo verſibus contra ANTONIUM RAUDENSEM duodecim occupant folia, & terminatur ſubſcriptione modo relata. Multi, inter quos RICHARDUS SIMON *epiſtolar. Tom. II. pag.* 176. editionem hanc unam, & eamdem eſſe cum ea anni 1468. eorumdem opificum mutatis ſubſcriptione, & anno affirmant. Sed quanta injuſtitia afficiant illos opifices, facile patibit. 1. Praemittitur JOH. ANDREAE praefatio, qua caret altera *anni* 1468., & in hac verſus ſubſcriptionis differunt. 2. In editione *anni* 1468. ſubſcriptio legitur fol. *verſo*, & in editione *anni* 1470. fol. *recto*. 3. In editione *anni* 1468. tituli capitum ſunt manuſcripti, & in edit. *anni* 1470. imprimuntur. 4. Ex octo verſibus Fratris ADAM Genuenſis contra ANTONIUM RAUDENSEM unum ſic ſcribitur *in edit. anni* 1468. I CUBITUM: NAM TE PENSITAT ELEBORUM, & *in edit. anni* 1470: I CUBITUM: NAM TE PENSITATH ELLEBORUM. 5. Tandem JOH. ANDREAS in ſua praefatione commemorat editionem Sublacenſem, & alteram anni 1468. his verbis: *Sumant igitur ſtudioſi abs te hoc tempore noſtros ingenuos opifices* LACTANTIUM FIRMIANUM *ſemel ab iis, iterumque impreſſum prius, nonnullis in locis profecto veriorem*. Praefatio autem exſtat apud Card. QUIRINIUM *pag.* 79. Exſtat hoc LACTANTII exemplar in Collegio Romano, & in Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda Fide.

Sancti HIERONYMI epiſtolarum opus una cum recognitione, & praefationibus Joh. Andreae. Secunda editio Romana, & Epiſcopi Alerienſis. In fine utriuſque Voluminis legitur: *Impreſſum Romae opus in domo Petri, & Franciſci de Maximis juxta Campum Florae, praeſidentibus Magiſtris Conrado Sweinheym, & Arnoldo Pannartz an. Dominici natalis* MCCCCLXX. *S. D. N. Pauli* II. *Veneti Pont. Maximi an.* VI., *Urbe, & Eccleſia florente*. in fol. Tom. duo (*f*).

San-

(*f*) Utrique tomo praeeſt epiſtola JOH. ANDREAE, & utraque de verbo ad verbum eadem eſt, ac quae exſtat in editione *anni* 1468. In fine utriuſque voluminis una, eademque eſt ſubſcriptio hic relata, ſed diverſa ab ea anni 1468., licet RICHARDUS SIMON *epiſtolar. Tom. I. pag.* 275., & 287. id de editionibus *epiſtolarum* S. HIERONYMI *annorum* 1468., & 1470. affirmet, quod de LACTANTIO eorumdem annorum inſtituerat. In eamdem ivit opinionem Cardinalis QUIRINIUS *pag.* 122. *edit.* SCHELHORNII ſic: *Lectorem monitum (nunc facere volo) ſententiam, quam de unica, non vero duplici, ea editione* PAULLO II. *ab Alerienſi nuncupata ex conjectura tantum ſuperius adſtruſtam, certam nobis modo evaſiſſe &c.* Quibus verbis nihil expreſſius, ut impudentiam oleat propemodum contradicere tantis auctoritatibus; ſed tamen 1. praeter pa-

gina-

Sancti AUGUSTINI de Civitate Dei libri XXII. Editio tertia Conradi, & Arnoldi, sed secunda tantum Romana.

Aspicis illustris Lector &c.

... contribuere domum. MCCCCLXX. in fol. (*g*).

San-

ginarum discrepantiam in utraque editione insuper in edit. anni 1468. tituli omnes epistolarum sunt manuscripti, qui in edit. anni 1470. imprimuntur. 2. in fine Tomi I. anni 1470. quaedam legitur subscriptio, nulla vero in edit. anni 1468., & diversa est pro utraque. Ampliores rationes suppeditabit liber, cui titulus: *Memoires de Trevoux pour le mois de fevrier* 1764. *pag.* 512. *article XXIII.*, in quo eruditus P. LE MERCIER tunc Bibliothecarius apud Canonicos S. Genovefae apud Parisienses, nunc vero apud Litteratos magis notus sub nomine *Abbatis Sancti Leodegarii*, qui anno 1773. *supplementum ad histor. typographiae* PROSPERI MARCHAND de novo, sed ampliatum anno 1775. typis mandari curavit, ille, inquam, eruditus totus est ibi in vindicandis CONRADO, & ARNOLDO a calumniis suppraedictis; tanto autem id facilius erat ipsi, quod in eadem Regia Bibliotheca utraque exstat editio annorum 1468., & 1470., unde commoda evasit ipsi inter utramque comparatio.

(*g*) Ipsi praemittitur index 14. foliorum, sed praefatione destituitur. FABRICIUS autem *Bibliothecae Lat. libr. IV.* id de editionibus S. AUGUSTINI ann. 1468., & 1470. a CONRADO, & ARNOLDO impressis affirmat,

Sancti THOMAE Aquinatis Catena in quatuor Evangelia, recognoſcente Johanne Andrea. *Impreſſum Romae in domo Petri, & Franciſci de Maximis, anno* MCCCCLXX., *die* VII. *Decembris*. in fol. Tomi duo, & partes IV. (*b*).

C. PLINII Secundi hiſtoriae naturalis libri XXXVII. cum praefat. Joh. Andreae. *Inſtauratum aliquantulum ſub Romano Pontifice Maximo Paulo* II. *Veneto, atque impreſſum Romae in domo Petri, & Franci-*

---

mat, quod SIMONIUS, & QUIRINIUS de LACTANTIO, & HIERONYMO; unde 1. diverſa eſt in utraque ſubſcriptio. 2. tituli manuſcripti ſunt in editione anni 1468., in altera vero anni 1470. imprimuntur. 3. in editione anni 1468. littera conjunctiva & ſic quaſi ſemper imprimitur, in altera vero anni 1470. quaſi ſemper duabus litteris *et*. 4. pagina prima textus S. AUGUSTINI in prima editione mendum hoc exhibet MAM *ſcio quibus viribus opus ſit* &, quod corrigitur ſic: NAM *ſcio* in edit. anni 1470. Exemplar unum exſtat in Bibliotheca Collegii Romani.

(*b*) Tomus Evangeliorum JOHANNIS, & LUCAE terminatur allata ſubſcriptione, & alter Evangeliorum MARCI, & MATTHAEI epigraphe ſolita.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . *contribuere domum*. MCCCCLXX.

Reperitur autem in Biblioth. Vaticana num. 819., in Corſiniana, & in Alexandrina Archigymnaſii Sapientiae.

ciſci de Maximis juxta Campum Florae, praeſidentibus Magiſtris Conrado Sweynheym, & Arnoldo Panaratz (pro Pannartz) anno Dominici natalis MCCCCLXX. *Pontificatus ejus felicissimi, ac placidissimi anno* VI. in fol. (*i*).

M.

(*i*) Operi praeponitur praefatio JOH. ANDREAE, in qua totis nititur viribus demonſtrare, ſe curam, & labores immenſos adhibuiſſe in adornanda hac editione; imo in fine voluminis immediate ante praefationem obteſtationem quamdam pronuntiat ſingularem, quam hic refero: HERENUS *Lugdunenſis Epiſcopus*: *item* JUSTINUS *ex Philoſopho Martyr*: *item cum Divo* HIERONYMO EUSEBIUS *Caeſarienſis*. *Serio poſteritatem adjurarunt* (non vero *adjuvarunt*, ut placuit DEBURIO) *ut eorum deſcripturi opera conferrent diligenter exemplaria, & ſolerti ſtudio emendarent. Idem ego tum in caeteris libris omnibus, tum maxime in Plinio ut fiat vehementer obſecro, obteſtor, atque adjuro, ne ad priora menda, & tenebras inextricabiles tanti ſudoris opus relabatur. Inſtauratum &c.*, ut ſupra. Attamen haec deprecatio diſplicuit *Epiſcopo Sypontino* NICOLAO PEROTTO, qui in *epiſtola* ad FRANC. GUARNERIUM, quam ALDUS ſubjecit *Cornucopiae pag.* 1033., vehementer in eam inſurgit. Verum quidem eſt & ibi defendi a CORNELIO VITELLIO (*in epiſtola ad* PARTHENIUM *pag.* ſcilicet 1049.) dicente, PEROTTUM *male accepiſſe quaedam praefationis Plinianae verba*. Ceterum APOSTOLUS ZENUS in opere, cui titulus: *Giornale de' Letterati Tom.* XXII. *pag.* 464

M. Fabii Quintiliani institutiones oratoriae ex editione Joh. Andreae, & cum ipsius praefatione.

Aspicis illustris Lector &c.

. . . . *contribuere domum*. in fol.(*k*).

C. Svetonii Tranquilli vitae XII. Caesarum cum praefatione Joh. Andreae.

Aspicis illustris Lector &c.

. . . . *contribuere domum*. in fol. (*l*).

M. Tul-

464. novis argumentis difficilioris solutionis, quod PEROTTUS non fecerat, ille fortiter praestitit. Praefationem refert Card. QUIRINUS *pag.* 179., *& sequent.* Exstat autem exemplar unum in Bibliotheca Angelica.

(*k*) Huic praeest praefatio JOH. ANDREAE relata a Card. QUIRINIO pag. 185. Annus vero impressionis, qui in fine subscriptionis desideratur, praefationi postponitur sic: *anno MCCCCLXX., Pontificatus vero tui anno septimo*. Praefationem JOH. ANDREAE ea sequitur, quam hoc anno fronti editionis ejusdem auctoris a se editi praemiserat CAMPANUS. Haec autem utraque praefatio una cum registro chartarum IV. priora occupat folia.

(*l*) Praemittitur praefatio JOH. ANDREAE Alerienfis Episcopi cum multis versibus AUSONII de SVETONIO, & tandem haec leguntur: *Tibi*, PATER BEATISSIME, *omnes vitam optant, & fellicitatem diutissimam. Dominici natalis MCCCCLXX., Pontificatus vero Tui anno VII.* Et haec duo occupant priora folia. Editionem hanc possidet Bibliotheca Corsiniana, Praefationem vero refert Card. QUIRINIUS pag. 191.

M. Tulii Ciceronis epistolae ad Atticum, Brutum, & Quintum Fratrem una cum praefatione Joh. Andreae. *Impressum Romae opus in domo Petri, & Francisci de Maximis, juxta Campum Florae, praesidentibus Magistris Conrado Sweynheym, & Arnoldo Panartz, anno Dominici natalis* MCCCCLXX., *S D.N. Domini Pauli* II. *Veneti Pont. Max. anno* VI., *Urbe & Ecclesia florente*. in fol. (*m*).

Titi Livii Historiarum libri superstites ex editione, & cum praefatione Joh. Andreae.

Aspicis illustris Lector &c.

. . . . *contribuere domum*. in fol. (*n*).

Il-

(*m*) Praefatio, quam retulit Card. QUIRINIUS pagina 87., praemittitur operi, & terminatur sic: *Datum Romae anno Dominici natalis MCCCCLXX., Pontificatus tui glorioſissimi anno ſexto*. In hac JOH. ANDREAS se dicit plurimum fuisse adjutum a Cardinali PICCOLOMINEO PAPIENSI. Duplex exemplar exstat apud Patres S. Mariae de Populo.

(*n*) Praefationem operi praemissam refert Card. QUIRINIUS pag. 149. In hac totus est ALERIENSIS in laudibus urbis Venetiarum, memorans scilicet, ab ea Romam migrasse inter eruditos doctiores, eamque Romae subministrasse, quod ad artes, & scientias spectat,

ILLUSTRIUM Virorum epiſtolae. *Impr. Romae in domo Petri, & Franciſci de Maximis* MCCCCLXX. in fol. (*o*).

Sancti JOH. CHRYSOSTOMI Homiliae in Evangelium Sancti Johannis, interprete Franc. Aretino (*p*). *Rome in Sancti Euſebii Monaſterio ſcripte, & diligenter correcte anno Domini* MCCCCLXX., *die Lunae* XXIX. *menſis octobris, Pontif. S. in Chriſto Patris, ac Domini noſtri Domini Pauli divina providentia Pape Secundi, anno ejus ſeptimo. Expliciunt. Deo laus.* in fol. (*q*).

L Bi-

ctat, quidquid produxit perfectius, & ſimilia. VICTORINUM etiam FELTRENSEM ibi primum appellat, qui LIVIUM aperuerit. Omni anni nota deſtituitur haec editio, quae tamen communiter creditur edita ſub anno 1470. Vide quid de ea dictum ſit ſub anno 1469., ubi de CAMPANI *Liviana editione*. Exſtat autem in Biblioth. Vaticana ſub num. 7238., & 7239.

(*o*) Nixus fide *Annal. Typographicor.* parentis *Tom. I. edit. anni* 1733. *pag.* 299. hunc refero, ſed uberiori mihi videtur indigere confirmatione.

(*p*) FRANCISCUS hic ex Aretinae urbis ACCOLTORUM familia prodiit, excelluit autem in Graecis, ac Latinis litteris. De hoc fuſe differit JOHANNES M. MAZZUCHELLIUS *de Scriptoribus Italiae Tom. I. Part. I. pag.* 72.

(*q*) Operi praemittitur prologi ſpecies, in quo FRANCI-

MCCCCLXXI.

Biblia Sacra Latina cum opuſculo Ariſteae de 70. Interpretibus, una cum Epiſto-

CISCUS ARETINUS dicitur hanc verſionem feciſſe. Hunc vero ſequitur index 13. foliorum una cum *Epiſtola* FRANCISCI ARETINI ad COSMUM MEDICEM. Prologus autem, & epiſtola exſtant in *Catalogo Smithiano pag.* 89., *& ſequent.* Librum hunc autem vix novit Card. QUIRINIUS pag. 254. Licet autem editio haec careat Typographi nomine, certo tamen affirmo GEORGIUM LAVERUM hanc vulgaſſe, quem per tres annos ad minus praela ſua habuiſſe conſtat in praedicto S. Euſebii (ordinis S. Caeleſtini) Monaſterio, in cujus probationem ſatis ſit legere ſubſcriptionem, quae exſtat in coronide *Tractatus de inſtitutione ſimplicium Confeſſorum* in hoc Monaſterio edit. anno 1472., non vero in fine *Libri ſexti Decretalium*, ut mendoſe ſcripſit Cardinalis QUIRINIUS pag. 254. De LAVERO autem ſupra dictum eſt cap. IV. pag. 85., & ſeq., & cap. V. pag. 109., & ſeq. Eodem autem tempore, ac anno, ut ſuſpicor, idem LAVER ſermones ejuſdem S. JOH. CHRYSOSTOMI edidit, forſan ut fierent pars dicti voluminis Homiliarum; idem enim omnino eſt character, & eadem charta. Conſtat ex 99. foliis, & quaevis pag. 27. lineis. Initio dicuntur e Graeco in Latinum facti hujuſmodi Sermones, ac *adhibitis poſtea ſtellulis* loco nominis, ac in epiſtola dedicatoria appellatur Maecenas: PATER *praeſtantiſſime*, abſque ullo quovis nomine. Praeſtantis hujus Codicis exſtat exemplar unum apud Patres

ſtolis Joh. Andreae, & Mathiae Palmerii ad Paulum II.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . . *contribuere domum.*

MCCCCLXXI. in fol. Tomi duo. (*a*)

tres S. Mariae de Populo, & apud Patres Congregationis B. Petri Piſani ad S. Onuphrium; Homiliarum vero exſtat unum quoque in Caſanatenſi Bibliotheca.

Locus hic eſſet referendi innumeras quaſi editiones a laudato Typographo in praedicto Monaſterio vulgatas, dirigentibus praela POMPONIO LAETO, BARTHOLOMAEO PLATINA, aliiſque eruditis; ab hoc enim anno uſque ad 1472. multi prodiere libri; ſed quia praetermiſit in iis omnibus editionis annum, ideo ipſas ad incerti anni editionum indicem revocamus.

(*a*) Textui Biblico praemittuntur duae epiſtolae laudatae, quae una cum Ariſtea conſtituunt XIV. folia. Utramque vero epiſtolam retulit Card. QUIRINIUS pag. 123. Tomus primus terminatur cum Pſalterio abſque ſubſcriptione, & ſecundus incipit cum praefatione D. HIERONYMI *in libros Salomonis*, & terminatur cum *Apocalypſi*, & ſubſcriptione relata, & ſequitur inſuper index interpretationum Hebraicorum nominum. In Bibliotheca Vaticana reperitur num. 62., & 63., & in Angelica. MATHIAS autem PALMERIUS, qui medio ſaeculo XV. floruit, erat Abbreviator, & Secretarius Pontificius, de quo vide Clariſſ. BONAMICIUM *De claris Pontificiarum epiſtolarum Scriptoribus impr. Romae in* 8. *pag.* 210. Obiit autem anno 1483. aetatis ſuae 60.

S. CYPRIANI epiſtolarum opus una cum praefatione Joh. Andreae ad Paulum II.

Aſpiciis illuſtris Lector &c.

. . . . . *contribuere domum.*

MCCCCLXXI. in fol. (*b*).

SILII ITALICI Punicorum Libri XVII. recognoſcente Joh. Andrea. *Anno Dominici natalis* MCCCCLXXI., *die V. menſis aprilis, Summo Pont. Paulo II. Veneto, anno Pont. VII. Joh. An. Epiſcopus Alerien in Inſula Cyrno recognitionem abſolvit diebus circiter XV. Lector benevole vale perpetuo.*

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . . *contribuere domum.*

in fol. (*c*).

HE-

(*b*) Praemittitur praefatio JOH. ANDREAE, quam pag. 128. retulit Card. QUIRINIUS. Inter libros CONRADI, & ARNOLDI unus eſt ex rarioribus, vixque obvius eſt in Bibliothecis Romanis. Exſtabat autem exemplar unum in ſelectiſſimo Muſeo DOM. CREVENNAE Amſtelodami.

(*c*) Nullam editioni huic praemiſit epiſtolam JOH. ANDREAS, niſi tamen expertae fuerint omnes ſortem, quam multas in variis ſuis libris expertas fuiſſe teſtatur in *praefatione* ad *Epiſtolas Ciceronis ad Brutum, &c. anni* 1470. Igitur immediate textus auctoris incipit, & lau-

HESIODI Georgicorum Libri duo, & CALPHURNII Bucolicum Carmen e Graeco in Latinum versi per Nicolaum de Valle, & Pio II. nuncupati. in fol. (absque anni nota) (*d*)

SILIUS ITALICUS Punicorum Libri XVII. ex editione Pomponii Laeti. *Opus jam neglectum Pomponius recognovit anno Dom.* MCCCCLXXI. *VI. Calend. maji Romae.* in fol. (*e*).

& laudata subscriptione terminatur. Exstat autem in Bibliotheca Vaticana num. 10875., in Corsiniana, in Casanatensi, & in Janiculensi S. Onuphrii.

(*d*) Versionem hanc HESIODI, & CALPHURNII NICOLAI de VALLE juvenis ingenii extraordinarii, sed nimis cito mortis fato erepti, ut dicam infra, edidit ipse JOH. ANDREAS, & quia exiguae molis est volumen, id consilii cepit JOH. ANDREAS, ut compingeretur una cum SILIO ITALICO, sicuti saepius simul compacti inveniuntur. Talia sunt v. g. exemplaria Vaticana num. 10875., & num. 10849., & Janiculense apud S. Onuphrium. Observandum etiam quandoque compingi cum OVIDIO JOH. ANDREAE *hujus anni*.

(*e*) Editio haec rarissima immediate a textu auctoris incipit absque epistola, & in fine voluminis legitur synopsis vitae auctoris cum relata subscriptione. Non e praelis CONRADI, & ARNOLDI emersit haec editio,

ut

PUBLII OVIDII NASONIS opera cum Epistola Joh. Andreae ad Paulum II.
Aspicis illustris Lector .....
. . . . . contribuere domum.
in fol. Tomi duo (*f*).

M. TUL-

---

ut contendit DEBURE *Tom. III. num.* 2793., sed LAVER in *Monasterio S. Eusebii* hanc vulgavit, tum quia POMPONIUS praeli LAVERII erat director, tum quia adversatur index librorum ab illis opificibus impressorum usque ad annum 1471. Librum hunc ignorarunt omnes Bibliographi, DEBURIO excepto, nec huc usque aliud exemplar agnoscitur praeter illud, quod exstat in Bibliotheca Regia Parisiis. Eruditis notum erat, POMPONIUM lucubrationes edidisse in SILIUM, sed hunc usque in tenebris latuerant, de quo conqueritur FABRICIUS *Biblioth. Latinae lib. II. cap. IX. novae edition. Tom. II. pag.* 174.

(*f*) Editionis hujus rarissimae Tomus I. exhibet tantum XV. *Libros Metamorphoseon*, quibus praemittitur JOH. ANDREAE ad PAULLUM II. epistola a Card. QUIRINIO *pag.* 169. relata, quae sic terminatur: *Caetera omnia Poetae opera quanta cura possumus congregamus, ut leniissimus Vates in duobus legi totus voluminibus possit. Romae quinto decimo Kalen. augusti MCCCCLXXI. Pontificatus tui candidissimi an. VII.* Volumini vero finem imponit solita subscriptio sine nota anni. Tum II. Tomus continet *Elegias de Arte amandi, Pulicem, de remedio amoris, Consolationem ad Liviam, Epistolas Heroides, Ibim, Libros tristium, & Fastos*. Licet nulla omnino exstet ibi subscriptio, nec nota loci, anni

M. TULLII CICERONIS Orationes una cum praefatione Joh. Andreae ad Paulum II.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . . *contribuere domum.*

MCCCCLXXI. in fol. (*g*).

M. T. CICERONIS Officia, Paradoxa, de amicitia, & ſenectute, de natura Deorum, de divinatione, Tuſculanae quaeſtiones, de finibus, fato, petitione conſulatus, pars libelli de Philoſophia, Timaeus, Academica, & de legibus: omnia ex editione Joh. Andreae.

anni, aut typographi, volumen tamen hoc ob characterum conformitatem ex eadem prodiiſſe officina conſtat; & ex *indice* toties memorato ad SIXTUM IV. reipſa impreſſum eſt anno 1471., nec prius, ut indicant relata ſuperius JOH. ANDREAE verba: *Quanta cura poſſumus congregamus*, nec poſterius, cum in *indice* anni 1472. una cum *Libris Metamorphoſeon* appellentur & Elegiae. Exſtat autem integrum opus in Bibliotheca Vaticana ſub num. 10896., primum vero dumtaxat videre eſt in Janiculenſi Sancti Onuphrii.

(*g*) Praeeſt Epiſtola JOH. ANDREAE a Card. QUIRINIO pag. 92. relata. *Data eſt autem haec Romae natalis Dominici M. CCCCLXXI. Pontificatus vero Paulli II. anno VII.* Hanc ſequitur index orationum in ea contentarum, & volumen terminatur ſolita ſubſcriptione. Exſtat apud S. Mariam de Populo, & apud S. Onuphrium.

Aſpicis illuſtris Lector &c.
. . . . . *contribuere domum.*
MCCCCLXXI. *XX. ſeptembris* in fol. (*h*).

Ejuſdem M. T. CICERONIS Epiſtolae familiares ex editione Joh. Andreae.

Aſpicis illuſtris Lector &c.
. . . . . *contribuere domum.*
MCCCCLXXI. *die V. ſeptembris*. in fol. (*i*).

STRABONIS Cappadocis rerum Geographicarum Libri XVII. Latine ex verſione Guarini Veronenſis (*k*), & Gregorii Typhernatis

(*h*) Vix hanc novit editionem QUIRINIUS, & pag. 89. dicit tantum: *pariter orationes* CICERONIS (a CONRADO) ann. 1471. Terminatur autem volumen mole ſua maximum ſubſcriptione ſolita, abſque Epiſtola JOH. ANDREAE. Editio haec tantae eſt raritatis, ut niſi ab indice ad SIXTUM IV. primo deſignaretur, locus eſſet dubitandi de ejus exiſtentia.

(*i*) Licet eruditiſſimi Bibliographi auctoritate innitatur haec editio, nempe DAVIDIS CLEMENT *Biblioth. hiſtorique, & curieuſe Tom. VII. pag.* 129., ubi ampla exſtat ejus deſcriptio, nihilominus dubia eſt, quia ipſi non favet index ad SIXTUM IV. Dicit autem auctor laudatus, ante ſubſcriptionem legi: JOH. AN. EPISCOPUS ALERIENSIS *recognovit Rome*; & ſe unum tractaſſe exemplar in urbe HANNOVERAE apud D. DUVE.

(*k*) GUARINUS Veronenſis patria, Graecis, ac Latinis

natis (*l*) cum praefatione Joh. Andreae ad Paulum II.

Aſpicis illuſtris Lector &c.
. . . . . *contribuere domum.*

in fol. (*m*).

P. VIRGILII MARONIS Bucolica, Georgica, & Aeneis, una cum opuſculo, quod communiter appellatur XIII. liber Aeneidis. MCCCCLXXI.

Minciadae quicunque cupit cognoſcere Vatis
Carmina, ſeu quiſquis Vegi ſimul optat habere

Me

tinis litteris eruditiſſimus eas Venetiis, Ferrariae, Veronae, Florentiae, & tandem Romae maximo omnium plauſu docuit, & in hac ultima obiit anno 1460. Fuſe de eo loquitur Marchio SCIPIO MAFFEIUS *Veronae illuſtratae Part. II. pag.* 131.

(*l*) Hic pariter utraque lingua peritus, & profeſſione Medicus *Aſiam*, & *Africam* STRABONIS latine vertit, & GUARINUS *Europam*. GREGORIUS florebat circa medium XV. ſaeculi.

(*m*) Praefixa eſt fronti epiſtola JOH. ANDREAE a QUIRINIO pag. 223. relata. Opus ſequitur index librorum, & capitum, & clauditur ſubſcriptione relata, ſed abſque anni nota. Cum autem epiſtola dirigatur ad PAULLUM II., qui obiit menſe iulio anni 1471., ideo ante finem anni hujus imprimi debuit. Hujus etiam fidem facit *index ad* SIXTUM IV.

Me legat: aut fratris parvo numerosa juventus
Uno eodemq; sumus pressi sesquisq; locoq;
Non Salomon neq; Hyram nõ Daedalus atq; Sibyla
Graecia non omnis sapientibus inclyta q̃ q̃.
Non armis Romana potens aequandaq; divis
Gloria jactavit tali sese arte decoram.
Nos igitur peperit patrem qui nomine primum
Retulit alter Adam formis pressit ahenis.
in fol. (*n*).

Jo-

(*n*) Multi hanc editionem splendidam Romae factam affirmarunt, non alia ducti ratione, quam nomine ADAMI, quod de ADAMO ROT intelligi volunt, absque eo quod ullo nitantur firmo argumento, quo id adstruant. Immediate a textu incipit volumen absque quavis epistola, & in fine post anni designationem sequuntur continuo barbari versus relati. Ampla exstat ejus descriptio apud DEBURE num. 2660. Ex eodem charactere, & apud eumdem Typographum eodem probabiliter anno prodiit libellus *Elegantiolarum* AUGUSTINI DATHI fine nota anni, in cujus fine legitur:

Presserat hoc primo placuit farmare (pro *formare*) *secundo*
Ne desit quodvis sit breve: doctus Adam.

in 4. Ab eodem DEBURIO describitur, & ADAMO ROT adscribitur *Bibliographiae* num. 2268.

JOHANNIS TORTELLII Arretini Commentaria Grammatica de orthographia dictionum e Graecis tractarum (*o*) ad Nicolaum V. una cum praefatione Adam de Montalto Genuenſis ordinis S. Auguſtini (*p*).

Hoc opus exactum eſt Tortelli inſigne Johannis,
Quo ſunt ſcripta ſoni nomina cuncta graves.

Inſculptum eſt Rome in domo de Taliacoxis ſub juſſu Ulrici Galli Teutonici: & Simonis Nicolai Lucenſis anno Do. MCCCCLXXI. *Pont. Sixti IIII. Genuenſis anno primo*. in fol. max. (*q*).

LAU-

(*o*) JOH. TORTELLIUS Cathedralis Eccleſiae Arretinae Archipresbyter, Romam anno 1445. ſe contulit, NICOLAO V. Summo Pont. perquam dilectus fuit. De eo fuſe differit APOSTOLUS ZENUS in opere, cui titulus: *Giornale de' Letterati Tom. XI. pag.* 306.

(*p*) ADAMUS de MONTALTO ex Ordine S. AUGUSTINI, & patria Genuenſis multa ſcripſit. De eo autem jam aliqua memoravi ſub anno 1468., ubi de LACTANTIO. Obiit autem circa annum 1480.

(*q*) Praeeſt operi epiſtola Fr. ADAMI ad PHILIPPUM Arelatenſem Archiepiſcopum, in qua agitur de laudibus auctoris, & operis, & in medio haec leguntur: *Sub Sixti quarti Genuenſis Pontificio, quo tempore ſcientia*

LAURENTII VALLAE Elegantiarum linguae Latinae ad Johannem Tortellium Libri VI. (*r*). *D. G. anno gratie* MCCCCLXXI. *Rome in Pinea Regione, Paulo ſedente II. anno Pontificatus ſui VII. B. R. M.* in fol. (*s*). Jo-

---

tia in lucem venit: viri circumſpecti Ulricus Gallus Teutonicus, & Simon Nicolai Lucenſis opifices impreſſoriae facultatis magnis ſumptibus, & impenſis inſtrumentorum ad hujuſce artis indigentiam opportunorum: hoc inchoatum ad finem laudabilem detorſerunt. Deinde ſequitur prooemium TORTELLII ad NICOLAUM V., in quo multum agitur de cura hujus Summi Pontificis pro formanda Bibliotheca Vaticana, & volumen terminatur modo ſupra relato. Exſtat autem in duabus Romanis Bibliothecis, nempe apud S. Andream de Valle, & apud S. Mariam de Ara Caeli.

(*r*) LAURENTIUS VALLA patria Romanus, & Canonicus S. Johannis Lateranenſis, Latinae orationis ſtudioſiſſimus, natus eſt anno 1415., & obiit an. 1457.

(*s*) Operi praeeunt folia XII., quae occupantur 20. verſibus LUCIDI ARISTOPHULI SURRONEI in laudem Typographiae; tum epiſtola VALLAE ad TORTELLIUM ſequitur, & tandem index *librorum*, & *capitum*, ita ut *fol. verſo* hujus indicis legantur ſequentes verſus:

Cuſtos arcis Tarpeie &c.

& reliqui, ſicut jam ſupra pag. 31. etiam relati ſunt. Deinde ſubjungitur:

Multus eras primum, Laurenti plurimus es nunc
Haec tu Meſſani dona Johannis habes.

Im-

JOHANNIS DE ARRAGONIA (*t*) Protonotarii Apoſtolici Oratio habita ad Sixtum IV. nomine Ferdinandi Regis una cum praefatione Joh. Philippi de Lignamine; item ejuſdem Joh. de Arragonia ad Regem Ferdinandum oratio, cum ab urbe Roma Neapolim reverſus ipſi gratias exhibet de benigna ſua apud Summum Pontificem receptione propter ejus litteras commendatitias. *Impr. apud Joh. Philipp. de Lignamine.* MCCCCLXXI. in fol. (*u*).

BER-

Impreſſe ſunt in domo nobilis viri JOHANNIS PHILIPPI de LIGNAMINE *de Meſſina, ut ſupra, Scutiferi S. D. N. Pape*. Opus vero terminatur ſubſcriptione ſupra relata. Ex his ſubſcriptionibus conſtat, ULRICUM HAN impreſſiſſe in *Pinea Regione*, & id praeſtitiſſe pro PHILIPPO de LIGNAMINE etiam ſub PAULLO II. Vide ubi de edition. antiquior. abſque nota loci, & anni. Refert FABRICIUS *lib. XX. Biblioth. med. Latin. Tom. VI. pag.* 281. Exſtat autem exemplar unum in Bibliotheca S. Mariae Arae Caeli.

(*t*) JOH. de ARRAGONIA obiit in fine XV. ſaeculi.

(*u*) Subſcriptio relata exſtat poſt primum opuſculum, ſed utrumque ſimul compingitur., & ejuſdem eſt characteris. Hujus autem fit mentio apud MAZZUCHELLIUM in opere, cui titulus: *Scrittori d' Italia Tom. I. Part. II. pag.* 227. Exſtat autem in Bibliotheca Alexandrina Archigymnaſii Romanae Sapientiae.

BERNARDI JUSTINIANI (*x*) Oratio gratulatoria ad Sixtum IV. contra Turcas nomine Senatus Veneti..... *In domo nobilis Viri Joh. Philippi de Lignamine Siculi Scutiferi Papae Sixti IV.*, *anno ejus primo*, *& milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo*. in fol. (*y*).

SIXTI IV. Pont. Max. Commentaria contra errores Carmelitae. *Impr. Rome* 1471. in fol. (*z*).

Lectura DOMINICI DE S. GEMINIANO ſuper ſextam partem ſexti libri Decretalium (*aa*)..... *Nulla calami exaratione*, *ſed quadam artificioſa karacterizandi*, *ac im-*

(*x*) BERNARDUS JUSTINIANUS LEONARDI Procuratoris filius variis functus eſt legationibus, & obiit ſenio confectus anno 1489.

(*y*) Libellus eſt tantum novem plagularum. Hunc tractavi in Bibliotheca Vaticana num. 6978., & in Alexandrina Archigymnaſii Sapientiae.

(*z*) Ita a GUILLELMO CAVE *Appendice ad ſcript. Eccleſiaſticos pag.* 122. edit. anni 1705., ſed valde dubium eſt ipſum confudiſſe hunc librum cum *Tractatu de Dei potentia* hujus auctoris, quem ſeorſim ab aliis ejuſdem opuſculis ipſum offendiſſe probabile eſt. De hoc autem fiet mentio *ſub anno* 1473.

(*aa*) DOMINICUS ex S. GEMINIANO fuit auditor JOH. de BUTRIO, clarus Juriſconſultus circa medium XV. ſae-

imprimendi inventione completa feliciter .... per Magiſt. Adam Rot Clericum Metenſis dioceſis anno MCCCCLXXI., *die vero Lune ultima ſeptembris*. in fol. (*bb*).

Eutropius, ac Paulus Diaconus de Hiſtoriis Italicae Provinciae, & Romanorum..... *Rome impreſſus anno Dñi* MCCCCLXXI. *die Lune, XX. menſis maij Pont. S. in Chriſto Patris, ac Dñi noſtri Domi Pauli Divina providentia Pape ſecundi, anno ejus ſeptimo. Explicit*. in fol. (*cc*).

Regulae, ordinationes, & conſtitutiones Cancellariae Sanctiſſimi Dñi noſtri Domini Sixti Divina providentia Pape IIII. *Scripte, & correcte in Cancellaria Apoſtolica .... Date*

XV. ſaeculi floruit. De hoc fuſe agitur apud COPPIUM in *Viris inſignibus Sangeminianenſibus*, impr. Florentiae 1695. in 4.

(*bb*) Ita hunc retulerat MENTELIUS in *Paraeneſi de vera Typogr. origine pag.* 73., excepto, quod ſcripſit *ultima decembris* pro *ultima ſeptembris*. Exſtat autem apud S. Mariam de Populo.

(*cc*) Praeeunt operi octo folia indicis materiarum, quae immediate opus conſequitur; terminatur vero allata ſubſcriptione. Hunc, aliquotque ex ſuperioribus non novit Cardinalis QUIRINIUS. Exſtat tamen haec editio in Biblioth. Vaticana num. 7194., in Angelica, & apud S. Mariam de Populo.

Date in craſtinum aſſumptionis ſuae ad ſummi Apoſtolatus apicem, videlicet die decima menſis auguſti anni a Nativitate Domini MCCCCLXXI. in 4. (*dd*).

Nonius Marcellus de Lingua Latina. *Impr. Romae* MCCCCLXXI. in fol. (*ee*).

Biblia in lingua volgare tradotta da Niccolò di Malermi ..... Roma MCCCCLXXI. in Kalende d' ottobrio in fol. Tomi duo (*ff*).

Ni-

(*dd*) Non aliunde editio haec mihi innotuit, quam ex MAITTAIRIO, qui eam ex PROSPERO MARCHAND accepit. Ait autem MARCHAND ſe hunc librum tractaſſe, eſſe formae in 4. parvo, abſque nota loci, & Typographi, & quod regulas ſequantur taxae ejuſdem Cancellariae. Ego hanc ſedulus per Romanas Bibliothecas inveſtigavi, mihique affirmaverat eruditus quidam hanc haberi in laudata Bibliotheca Archigymnaſii Sapientiae, ſed ibi etiam fruſtra quaeſivi.

(*ee*) Ita refertur in Catalogo *Biblioth. Meaddianae* impr. Londini in 8. pag. 86., ubi appellatur ſub hac nota: *Romae* 1471. *editio princeps*. Forſan haec eadem eſt, ac illa, quam MAITTAIRE *Tom. I. pag.* 304. refert, & in cujus fine legitur: *Finito libro laus & gloria Chriſto MCCCCLXXI.*

(*ff*) Horum Bibliorum titulum, ac ſubſcriptionem de verbo ad verbum ſumpſi ex *Catalogo Regio Pariſino Tom. I. Theolog. pag.* 13. *num.* 188., ſed tamen haec cre-

MCCCCLXXII.

NICOLAI DE LYRA (*a*) Commentar. in Biblia ex editione Joh. Andreae una cum ejus epiſtola &c.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . . *contribuere domum.*

MCCCCLXXI. & LXXII. in fol. Tomi V. (*b*).

M Ro-

credo eſſe, de quorum interprete, & loco impreſſionis diſputatur inter eruditos Italiae. Sic v. g. APOSTOLUS ZENUS in notis ad Fontaninianam Bibliothecam Italicam *Tom. II. pag.* 421. agens de duplici diverſa Bibliorum in lingua vulgari editione, hancque noſtram habens prae manibus eam expreſſe a verſione Malermitana diverſam affirmat, deſtitutamque eſſe agnoſcit vel ipſo loco impreſſionis. Quidquid ſit, haec eſt brevis ejus deſcriptio in Tom. I. Novem textui ſacro praemittuntur folia indicis, & prologi S. HIERONYMI, & titulus Geneſis colore rubro capitali charactere imprimitur, in quo haec diſcrepat ab alia Italica ejuſdem anni editione. Terminatur vero Tomus primus cum Pſalterio. Secundus vero terminatur cum Apocalypſi, in cujus fine legitur: *E il fine del novo Teſtamento MCCCCLXXI. in Kalende de ottobrio.*

(*a*) In Normannia natus, ex Judaeo factus Chriſtianus Ordinis Minorum regulam profeſſus eſt anno 1291., obiit vero Pariſiis valde ſenex anno 1340.

(*b*) Tom. I. impreſſo anno 1471. praemittitur epiſtola

ROBERTI DE LITIO (*c*) Opus Quadragesimale.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . . *talia multa ſimul.*

MCCCCLXXII. *die vero XVII. novembris.* in fol. (*d*).

C. SVETONII TRANQUILLI Vitae XII. Caeſarum ex editione 2. Joh. Andreae.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . . *talia multa ſimul.*

MCCCCLXXII. *die XVII. ſeptembris* in fol. (*e*).

JUSTINI Hiſtoriae ex Trogo Pompeio una cum hiſtoria Romana Lucii Ann. Flori, edente Joh. Andrea. *Aſ-*

ſtola JOH. ANDREAE ad SIXTUM IV. *data die* 13. *novembris an.* 1471., & in fine ſolita ſubſcriptio: *Die XVIII. novembris*. In 2. *XXVI. maii* 1472. In 3. *XIV. januarii*. In 5. *XIII. martii*, & in hujus fine exſtat epiſtola, & libellus JOH. ANDREAE ad SIXTUM IV. in favorem Typographorum ſupra relatus. Exſtat autem in Bibliotheca Angelica, Corſiniana, Aracaelitana, & Janiculenſi S. Onuphrii.

(*c*) ROBERTUS CARACCIOLUS Lycii in Regno Neapolitano initio XV. ſaeculi natus Ordinis Minorum regulam profeſſus eſt, & obiit anno 1495.

(*d*) Exſtat exemplar unum apud S. Mariam de Populo.

(*e*) Reperiuntur quidem AUSONII *verſus* de SVETONIO, ſed non amplius apparet praefatio. Exſtat vero haec editio in Bibliotheca Aracaelitana.

Aſpicis illuſtris Lector &c.
. . . . . *talia multa ſimul.*
MCCCCLXXII. *die XXVI. ſeptembris* in fol. (*f*).

TITI LIVII Hiſtoriarum Romanarum decades.

Aſpicis illuſtris Lector &c.
. . . . . *talia multa ſimul.*
in domo Petri de Maximis. MCCCCLXXII. *die XVI. julii*. in fol. (*g*).

C. JULII CAESARIS Commentaria de bello Gallico ex editione ſecunda Joh. Andreae una cum ejus praefatione. *Anno Chriſti* MCCCCLXXII. *die vero XXV. menſis auguſti. Rome in domo Petri de Maximis*. in fol. (*h*)

(*f*) Ideo praefertur haec editio illis JANSSONII anni 1470., & ULRICI HAN ſub anno 1469., quia ſecum editam habet FLORI *Hiſtoriam*.

(*g*) In hac editione deficit epiſtola JOH. ANDREAE ad PAULLUM II. Volumen immediate incipit ab epitome XIV. decadum, & ſequitur *regiſtrum* codicum. In fine ultimae decadis legitur ſubſcriptio eo modo, quo eam hic ſubjeci. Aliqui Bibliographi indicant quamdam LIVII editionem hujus anni Italica lingua expreſſam, ſed nullo fundamento nititur eorum aſſertio.

(*h*) Praeeſt eadem epiſtola, ac in editione anni 1469., una

AULI GELLII Noctes Atticae, ex editione secunda Joh. Andreae.

Aspicis illustris Lector &c.

. . . . . *talia multa simul.*

In domo Petri de Maximis MCCCCLXXII. *die VI. augusti*, in fol. (*i*).

PUBLII TERENTII Comoediae cum commentariis Aelii Donati.

Aspicis illustris Lector &c.

. . . . . *talia multa simul.*

MCCCCLXXII. *die X. decembris*. in fol. (*k*).

M. Tu-

una cum *registro*, & textus terminatur subscriptione hic subjuncta. Non diffitetur ipse QUIRINIUS Cardinalis hanc a priori vere deferre, nempe pag. 146. Exstat autem in Vaticana Bibliotheca num. 7216.

(*i*) Non amplius apparet praefatio Episcopi ALERIENSIS, praefixa editioni anni 1469., sed terminatur 38. versibus JOH. ANDREAE in prima editione exstantibus. Quaevis pagina est 38. linearum, tum tituli capitum, & librorum, qui in prima editione erant manuscripti, imprimuntur in hac secunda. Exstant in fine 15. folia indicis, quae terminantur cum allata subscriptione. Exstat autem in Bibliotheca Corsiniana.

(*k*) Volumen incipit cum synopsi vitae TERENTII cum aliquibus in ipsius Comoedias observationibus, & terminatur allata subscriptione. Si fides foret habenda

LA-

M. Tullii Ciceronis epiſtolae ad familiares. Impr. *Romae apud Sweynheym, & Pannartz anno* MCCCCLXXII. in fol. (*l*).

Clementis Quinti Conſtitutionum opus. Impr. *Romae per Leonard. Pflug, & Georgium Laver* MCCCCLXXII. in fol.(*m*).

Sextus Liber Decretalium *per Leonard. Pflug, & Georg. Laver Romae* MCCCCLXXII. in fol. (*n*).

Tractatus de inſtitutione ſimplicium. Confeſſorum a Patre Fratre Antonino Ord. Fratr. Praedicatorum.

Studio correcta diligenti, ſepeque lecta
Per Celeſtinum *nomine, ſed re pulverinum*

LACAILLE *hiſtoire de la librairie* pag. 17., hujus anni adhuc aliam TERENTII editionem abſque Commentariis apud eoſdem artifices excuſam haberemus; ſed ipſius teſtimonium confirmatione indiget. Exſtat autem hic relata editio in Biblioth. Angelica.

(*l*) Haec editio ſola MAITTAIRII auctoritate innititur *Tom. I. pag.* 314., nec ampliorem dat illius deſcriptionem.

(*m*) Haec editio conſtat ex indice *Bibliothecae exquiſitiſſimae* HADRIANI MOETIENS, impreſſo *Hagae Comitum anno* 1732. *in* 8. *Part. I. num.* 429.

(*n*) Ita ex LACAILLE loco ſupra citato pag. 18. Hujus tamen exiſtentiam confirmare videtur Cardinalis QUIRINIUS pag. 254. dicens in fine hujus libri exſtare octo verſus, quos ſub ſequenti articulo referam.

Sancto in Euſebio degentem Coenobio.
Qui me ſcribebat Ge. Laver *nomen habebat,*
Rome verſatus tunc, ſed Herbipoli natus.
Anno milleno quater C. ſep que deno
Bis uno juncto, ſed menſe ſub februo.
Sub quarto Sixto Pontifice Zeraphico.

in 4. parvo (*o*).

Confeſſionale S. Antonini MCCCCLXXII. in 4. (*p*).

Sextus Liber Decretalium. *Alma in urbe Roma totius mundi regina &c. ad Dei laudem, induſtrieque eſt conſummatum per Udal-*

(*o*) Ex his Rithmis conſtat, GEORGIUM LAVER impreſſiſſe in Monaſterio S. Euſebii, ubi a Cardinali OLIVERIO CARAFFA illius Monaſterii Titulari adſcitus fuerat, & ejus praeli correctorem pro eo libro fuiſſe Religioſum quemdam illius Monaſterii. Editio haec rariſſima eſt, aurique pondere in auctionibus ſolvitur: unum enim 3400. libris Gallicis ſolutum videre mihi contigit.

(*p*) Editionis hujus omnimoda eſt affinitas cum characteribus ſuperioris. Hanc ergo adſcribere GEORGIO LAVER nullo modo dubito, licet deficiat Typographi, & loci nomen; & forſan ob hanc rationem MAITTAIRE pag. 312. unam tantum ſimpliciter refert ſub nomine hujus Typographi. Sub una columna vero imprimitur, & quaelibet pagina eſt 29. linearum. Exſtat in Bibliotheca apud S. Petrum ad Vincula.

Udalricum Gallum, & Simon. de Luca MCCCCLXXII., *die vero XIII. octobris*. in fol. (*q*).

Consilia FRIDERICI DE SENIS (*r*). *Rome impress. per Magistrum Adam Rot Metens. Dioces. Clericum anno salutis* MCCCCLXXII. *XXV. junii, sub Sixto IIII. Pontifice Maximo*. in fol. (*s*).

Ejusdem FRIDERICI Tractatus super permutatione Beneficiorum cum additionib. Dominici de Lapi de Podioboniti. in fol., *absque anni nota* (*t*).

Consilia ANTONII DE BUTRIO (*u*). *Rome*

(*q*) In hac subscriptione aemulatus est UDALRICUS GALLUS subscriptiones Moguntinas SCHOEFFERII, & FAUSTI. Editionem autem hanc tractavi apud S. Mariam de Popolo.

(*r*) FRIDERICUS de SENIS Jurisconsultus celebris variis in Italiae Academiis docuit, & praesertim Perusii. Floruit autem anno 1312.

(*s*) Duo haec ejusdem auctoris opera suppeditat mihi SCHWARTZIUS *in indice librorum saeculo XV. impressorum*, edito *Norimbergae ann.* 1727. *in* 8. *pag.* 104.

(*t*) Ex eadem forma, ex eodem charactere, ac praecedens, simulque compactum sub antiqua ligatura testatur SCHWARTZIUS loco citato; illud ergo eidem Typographo adscribamus.

(*u*) ANTONIUS de BUTRIO, patria Bononiensis, va-

me impr. *per Magiſt. Adam Rot Metenſis Dioeceſis Clericum an.* MCCCCLXXII. in fol. max. (*x*).

M. Tullii Ciceronis Orationes.

Hoc ingens Ciceronis opus, cauſaſque forenſes,
Quas inter patres dixit, & in populo,
Tu quicumque leges. Ambergau natus ahenis
Impreſſit formis: ecce magiſter Adam.

MCCCCLXXII. in fol. (*y*).

Meditationes Johannis de Turrecremata ſuper figuras S. Mariae de Minerva. *Die* 24. *decembris* MCCCCLXXII. in fol. cum figuris editio 2. (*z*).

An-

variis in Italiae locis Juriſprudentiam profeſſus eſt, obiit autem Ferrariae anno 1408.

(*x*) Ita mihi conſtat ex SCHELHORNIO *in Tom. XII. Miſcellaneorum Lipſienſium pag.* 68.

(*y*) Rariſſima haec editio communiter ab eruditis adſcribitur ADAMO ROT, quia nullus alius agnoſcitur Typographus hujus nominis, qui ante annum 1476. praela habuerit. In fine autem leguntur quatuor relati verſus cum anni nota. Haec autem in auctione librorum DOM. DUFAY *Pariſiis anno* 1725. vendita fuit 100. *libras Galliae*; In altera vero librorum Cardinalis DUBOIS 100. *florenos*.

(*z*) Prodiit cum iiſdem omnino characteribus ULRICI

Antiquae Deciſiones Rotae Romanae, collectore, & editore GUILLELMO HERBORCH Alamanno. in fol. max. (*aa*).

Novae Deciſiones Rotae Romanae ex ejuſdem HERBORHII editione. *Alma in urbe Roma totius mundi regina, & digniſſima temperatrix, quae ſic ut prae caeteris urbibus dignitate praeeſt, ita ingenioſis viris eſt referta; non atramento plumali, neque ſtylo aereo, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi, ſeu characterizandi ſic effigiatum ad Dei laudem, induſtrieque eſt conſummatum per Udalricum Gal-*

CI GALLI, ac editio anni 1467. Hujus autem amplam exhibent deſcriptionem *Relationes Gottingenſes Germanicae ad diem martii ann.* 1760. *pag.* 265., *& ſequent.*, teſte MEERMANNO *Origin. Typogr. cap. VIII. pag.*205., *& cap. IX. pag.* 250. Praeterea exemplar alterum exſtabat apud DOM. DUFAY Pariſiis, ut in *Catalogo* num. 4241.

(*aa*) Editio haec caret anni, loci, & Typographi indiciis, ſed ex eodem charactere in eodem volumine compingitur, ita ut evidens ſit fuiſſe impreſſam pro prima parte totius voluminis. Mihi autem contigit hanc inveniſſe ſeparatam, & ex hoc priorum poſſeſſorum, aut pro prima vice libros compingentium vitio ſecutae ſunt innumerae illae editiones, quae nunc alio titulo deſignari nequeunt, quam hoc: *Abſque alla anni nota editio*.

Gallum, & Simonem de Luca anno Domini MCCCCLXXII., *die vero XX. novembris*. in fol. max. (*bb*).

CATULLUS, TIBULLUS, PROPERTIUS, STATII SYLVAE. *Tabula librorum, qui sunt in praesenti volumine: Albius Tibullus, Elegiae scriptor optimus Aurelius Propertius Bevanus, Clarissimi poetae Catulli Veronensis Epigramma, Pub. Papinius Statius Sylvarum*. MCCCCLXXII. in fol. (*cc*).

DOMINICI CAVALCHA de vico Pisano (*dd*) Pongia Linguae. *Romae in domo Joh. Phi-*

(*bb*) Hoc opus una cum superiori unum constituunt volumen formae maximae. Exstat in Bibliotheca Corsiniana.

(*cc*) Licet hujus editionis taceatur locus, & Typographus, vere tamen se produnt characteres ULRICI HAN. His saepe poetis adhuc adjungitur Horatius ex eodem charactere, & ita se aliqua prae manibus habuisse exemplaria cum primiori adhuc superstite eorum integumento testatur GUILLELMUS DEBURE *Bibliogr. instruct. num.* 1642., *& num.* 2711. Hujus autem generis exstat exemplar unum in Bibliotheca Corsiniana cum notis manuscriptis ANGELI POLITIANI. HORATII exemplar seorsim compactum, quod habet commetaria JOH. ALOYSII TUSCANI Advocati Consistorialis, reperitur in Bibliotheca Janiculensi S. Onuphrii.

(*dd*) DOMINICUS CAVALCHA ex Ordine Praedicatorum floruit inter Asceticos XV. saeculi.

Philippi de Lignamine Siculi, & Sixti IIII. familiaris MCCCCLXXII. in fol. (*ee*).

Joh. Treviensis Ord. Minorum (*ff*) Oratio de Adventu veri Meſſiae habita coram Sixto IV. Dominica II. Adventus anni 1472. *Impreſ. in domo Joh. Philippi de Lignamine Meſſanenſis. S. D. N. familiaris, anno ejus ſecundo* (1472.) in fol. (*gg*).

D. Ambrosii libri de Officiis. *in fol.* (*hh*).

Si-

(*ee*) Huic praeeſt epiſtola JOH. PHILIPPI de LIGNAMINE ad MATTHAEUM *Abbatem S. Placidi*, in qua inter cetera anecdota dicit, *ſe jam ſecundum annum Romae agere....*, *& ab eo impreſſiſſe* QUINTILIANUM, SVETONIUM, LEONEM, LACTANTIUM, AMBROSIUM *de Officiis*; LAURENTII VALLAE *elegantias*, HORATII *opuſcula* &c. Exſtat autem in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Tom. II. Theolog. pag.* 353.

(*ff*) JOH. E TREVIO e Ducatu Spoletino Ordinem Minorum profeſſus eſt, Procuratorque Generalis factus multa ſcripſit, quae refert WADINGIUS *pag.* 227. *Scriptorum ſui ordinis*, ſed hanc orationem ignoravit. Obiit autem Sueſſae circa annum 1478.

(*gg*) Conſtat tantum decem plagulis. Exſtat in Bibliotheca Alexandrina Archigymnaſii Sapientiae.

(*hh*) Compactum eſt illud una cum ſuperiori ex eodem prorſus charactere. Licet ergo careat anni, loci, & Typographi nota, JOH. PHILIPPO de LIGNAMINE tamen debet adſcribi; aliunde enim hujus, tamquam ab ipſo jam impreſſi mentio habetur in praefa-

SIXTI IV. Epiſtola ad Joh. Mocenigo Ducem Venetiarum de componenda pace cum Duce Ferrariae. *Joh. Philippus de Lignamine. Romae* MCCCCLXXII. in 4. (*ii*).

DYNI MUGELLANI (*kk*) Opus de Regulis juris. *Impr. Romae anno* MCCCCLXXII. in fol. (*ll*).

THOMAE DORNIBERG (*mm*) Aureola ex ſuaviſſimis, ſalutiferiſque floribus glorioſi Confeſſoris B. Hieronymi contexta. *Impr. Romae* MCCCCLXXII. in fol. (*nn*).

Conſilia JOH CALDERINI (*oo*), & GASP. ejus

---

fatione libri inſcripti: *Pongia linguae*, de quo ſupra (*dd*). Quaelibet pagina eſt 30. linearum. Exſtat autem in Bibliotheca Alexandrina Archigymnaſii Sapientiae, & apud Abbatem DE ROSSI.

(*ii*) Exſtat in Bibliotheca Vaticana ſub num. 10511.

(*kk*) DINUS de ROSSONIBUS patria Mugello in agro Florentino floruit circa annum 1285., obiit autem anno 1303.

(*ll*) Exſtat in Bibliotheca Vaticana ſub num. 5274.

(*mm*) THOMAS DORNIBERG patria Memmingae in Svevia, decretorum doctor celebris floruit medio ſaeculo XV., & obiit circa annum 1486.

(*nn*) Hunc referunt MAITTAIRE *pag.* 321., ORLANDI *pag.* 323., & FABRICIUS *Biblioth. med. Latinit. Tom. II. edit. Patav. pag.* 61.

(*oo*) JOHANNES CALDERINUS fuit patria Bononien-

ejus filii, redacta ſub congruis rubricis per Dominicum de S. Geminiano. *Romae impreſſ. per Magiſt. Adam Rot Clericum Metenſ. Dioeceſis* MCCCCLXXII. *XXIIII. menſis decembris*. in fol. max. (*pp*).

OLDRADI DE LAUDE (*qq*) Conſilia juridica. *Impr. per Magiſt. Adam Rot Metenſ. Dioeceſis, anno ſalutis* MCCCCLXXII. *ſub Sixto IIII. Pont. Max.* in fol. max. (*rr*).

L. APULEII Madaurenſis opera. *Impr. Romae* MCCCCLXXII. in fol. *editio* 2. *Romana* (*ss*).

ANGELI DE GAMBELIONIBUS (*tt*) Tracta-

nienſis, floruit circa annum 1350. De eo, & GASPARE ejus filio fuſe differit PANCIROLLUS *lib. III. de claris legum interpretibus cap.* 21.

(*pp*) Exſtat autem apud S. Mariam de Populo.

(*qq*) OLDRADUS de PONTE patria Laudenſis; DINI auditor, & JOH. ANDREAE Bononienſis amiciſſimus, in variis Italiae Academiis jus docuit, factus eſt Advocatus Conſiſtorialis, & Avenione obiit anno 1335.

(*rr*) Exſtat autem apud S. Mariam de Populo.

(*ss*) Editio haec recenſetur ab ERNESTO *Tom. III. novae edit. Biblioth. Latinae Fabricii pag.* 37., & 38., hancque dicit adſervari Lipſiae in *Bibliotheca Paullina*.

(*tt*) ANGELUS GAMBILIONUS patria Aretinus in variis Italiae Academiis jus docuit, Bononiae ſc., & Fer-

ctatus maleficiorum cum multis additionibus ultra primam ejus lecturam. *Anno ſalutis milleſ. quadring. ſeptuag. ſecundo, die vero decima quarta menſis novembris, ſedente Sixto quarto Pont. Max., anno pontif. ejus ſecundo.* in fol. max. (*uu*).

MCCCCLXXIII.

STRABONIS rerum geographicarum libri XVII. latine ex verſione Guarini Veronenſis, & Gregorii Typhernatis.

Aſpicis illuſtris Lector &c.

. . . . . *talia multa ſimul.*

MCCCCLXXIII. *die vero veneris XII. menſis februarii.* Editio 2. Romana in fol. (*a*). NI-

---

Ferrariae medio XV. ſaeculo, de quo vide PANCIROLLUM *lib. II. de claris legum interpretibus cap.* 102.

(*uu*) Reticetur in hac editione nomen ADAMI ROT, ſed reipſa ex ejus officina prodiit. Apud SCHWARTZ *in indice ſupra citato pag.* 106. alia ejuſdem auctoris reperitur editio, cujus ſubſcriptio diſquiſitionis materiam ſuppeditat; etenim legitur in fine:

Petrus adā mātus opus hoc impreſſit in urbe:
Illic nullus eo ſcripſerat ere prius.
MCCCCLXXII. in fol. max.

(*a*) MAITTAIRE contendit editionem hanc eſſe eandem

NICOLAI PEROTTI Sypontini Episcopi Rudimenta Grammatices.

Aspicis illustris Lector &c.

. . . . . *talia multa simul.*

MCCCCLXXIII. *die vero XIX. mensis martii* in fol. (*b*). VA-

dem omnino cum editione superiori absque anni nota *sub anno* 1471., quia in opere pagina absolute paginae respondet. Sed temere judicavit eruditus Annalista; namque in ea deficit epistola JOH. ANDREAE; tum tituli librorum, qui in prima erant manuscripti, in hac impressi habentur; deinde subscriptio prioris erat octo versuum, haec vero sex habet tantum; ac tandem legebatur subscriptio post indicem foliorum, & capitum, qui in hac non amplius apparet, sed immediate sequitur textus auctoris. Potissimae vero ejusdem obiectioni occurro animadvertens, docere experientiam saepe unam editionem haberi, seu inservire loco manuscripti pro alia concinnanda, ut nimirum pagina paginae respondeat, suffectis quibusdam compendiariis notis, quae locum parant verbis immutatis, aut suppressis, aut adjectis in nova editione. Pro exemplo habeantur duae editiones *Officiorum* CICERONIS Moguntiae peractae anno 1465., & JUSTINIANI *Institutiones* in eadem urbe editae anno 1472., & anno 1476. Paginae enim sibi accuratissime respondent, attamen propter compendiarias notas, quas ipse inspexi in utraque, mihi constat eas omnino differre. Exstat haec Romana editio in Biblioth. SS. Trinitatis de Montibus in Colle Hortulorum.

(*b*) Exstabat apud GAGNAT *Indicis num.* 1396., ubi datur ejus descriptio.

VALERII MARTIALIS Epigrammatum libri.
Aſpicis illuſtris Lector &c.
. . . . . *talia multa ſimul.*
MCCCCLXXIII. *die ultima aprilis.* in fol. (*c*).

C. PLINII SECUNDI Hiſtoriarum naturalium libri XXXVII.
Aſpicis illuſtris Lector &c.
. . . . . *talia multa ſimul.*
MCCCCLXXIII. *die veneris VII. maii.* in fol. Editio Romana ſecunda (*d*).

Po-

(*c*) Hujus deſcriptio habetur apud GUILLELMUM DEBURE *Bibliographie inſtr. num.* 2815.

(*d*) Editionem hanc omnino a prima differre, affirmat Comes ANTONIUS JOSEPHUS a TURRE REZZONICI in ſuis *Plinianis diſquiſitionibus Tom. I. pag.* 291., ubi ait, hanc mendoſiſſimam eſſe, ſecus vero primam. Non ſtetit ergo promiſſis JOH. ANDREAS, qui in praefatione ad primam editionem alteram correctiorem pollicebatur. De hac editione videndus eſt ERNESTUS in *Biblioth. Latin.* FABRICII *Tom. II. pagina* 187. Plures, inter quos TIRABOSCHIUS, PAITONUS, BANDINIUS, LAMIUS, & ARGELATUS, contendunt hoc anno impreſſam fuiſſe Plinianam verſionem Italicam apud CONRADUM *in domo de Maximis* ſecundum LANDINI verſionem; ſed Comes a TURRE REZZONICI *Tom. II.* totus in eo eſt, ut contrarium probet. Exſtat haec editio in Bibliotheca Janiculenſi S. Onuphrii.

Polybii Lycortae Megalopolitani historiarum libri, qui supersunt, ex versione Latina Nicolai Perotti.

Aspicis illustris Lector &c.

. . . . . *talia multa simul.*

MCCCCLXXIII. *die jovis ultima decembris.* in fol. (*e*).

Aristotelis Stagyritae Ethica ex interpretatione Leonardi Aretini.

Aspicis illustris Lector &c.

. . . . . *talia multa simul.*

MCCCCLXXIII. in fol. (*f*).

Meditationes Joh. de Turrecremata positae, & depictae de ipsius mandato in Ecclesiae ambitu S. Mariae de Minerva.

(*e*) Rarissimis libris adnumeranda est haec POLYBII editio; vix enim in urbe Roma invenitur, & teste GUILLELMO DEBURE, in tota Lutetiae urbe non exstat ejusdem exemplar. Operi autem praeest PEROTTI praefatio ad NICOLAUM V., quae duo occupat folia, & in fine legitur allata subscriptio. Exstat autem in Bibliotheca Angelica Augustinensium.

(*f*) MAITTAIRE *Annal. Typogr. Tom. I. anni* 1733. *pag.* 329. librum hunc mihi suppeditavit. Cum hoc anno soluta sit societas ARNOLDI, & CONRADI, non assequor proinde, cur in subscriptionibus librorum a se editorum hoc anno semper omiserint *in Aedibus fratrum de Maximis*.

Non atramento plumali, calamo, nèque ſtylo aereo, ſed artificioſa quadam &c. per Udalricum Gallum Alemannum, & Simonem de Luca anno Domini MCCCCLXXIII., *die vero XVII. octobris, regnante Sixto Quarto Pontifice Maximo*. Editio Romana tertia in fol. cum figuris (*g*).

JUSTINIANI Inſtitutiones .... *Impr. Udalricus Gallus, & Simon Nicolai de Luca die X. aprilis* MCCCCLXXIII. in fol. max. (*h*).

DURANDI Rationale Divinorum officiorum. *Praeſens praeclarum opus Romae non atramento &c. per Udalricum Gallum, & Simonem Nicolai de Luca. A. D.* MCCCCLXXIII. *die XXIII. menſis junii*. in fol. (*i*). Sum-

(*g*) Exemplar unum exſtat in Caſanatenſi Bibliotheca, ſed tria deſunt in eo folia, cum conſtare deberet ex 33. foliis. Iidem ſunt characteres, quibus pro prima, & ſecunda editione uſus eſt UDALRICUS GALLUS.

(*h*) Immerito ergo a HIERONYMO BARUFFALDIO Jun. pag. 34. opuſculi ſuperius laudati editio hujus operis ab ANDREA GALLO peracta anno 1473. prima appellatur; In ea enim dies menſis tacetur. Noſtra autem exſtat apud S. Mariam de Populo.

(*i*) Titulus operis charactere majori rubro imprimitur. Quaelibet columna eſt 56. linearum. Habetur hoc opus in Bibliotheca Arae Caeli, & S. Mariae de Populo.

Summa HENRICI DE SEGUSIO Cardinalis Oſtienſis .... *Alma in urbe Roma totius mundi regina &c. per Magiſtrum Udalricum Gallum Alamannum, & Simonem Nicolai de Luca anno Dom. milleſ. quadring. ſepting. tertio, die vero ultima menſis aprilis*. in fol. Tomi duo (*k*).

VIRGILII MARONIS opera cum aliis opuſculis. *In alma urbe Roma &c. Eſt conſummatum per Udalricum Gallum, & Simonem de Luca anno Dom.* MCCCCLXXIII., *die vero IIII. menſis novembris, Pontificatu vero Sixti divina providentia Papae quarti, anno ejus tertio*. in fol. (*l*).

(*k*) HENRICUS de BARTHOLOMAEIS patria Seguſienſis, ſeu ex Suſa Pedemontano oppido ex Archiepiſcopo Ebredunenſi in Gallia Cardinalis eſt renunciatus anno 1263., & obiit anno 1271. FABRICIUS *Biblioth. med., & infr. Latinit. lib. VIII. pag.* 225., & TIRABOSCHIUS in opere, cui titulus: *Iſtoria della Letteratura Italian. Tom. IV. pag.* 409. aſſerunt, hanc editionem alia etiam Romana anni 1470. fuiſſe poſteriorem. Sed hoc probatione indiget. Noſtra autem reperitur in Bibliotheca SS. Trinitatis de Montibus in Colle Hortulorum.

(*l*) Operi praemittuntur 21. folia, quae cum indice librorum exhibent vitam VIRGILII cum aliis opuſculis, quae ad ejus opera ſpectant. Sequitur textus au-

Clementinarum opus una cum gloſſis Joh. Andreae Bononienſis .... *Alma in urbe Roma totius mundi regina &c. per Udalricum Gallum , & Simon. Nicolai de Luca* MCCCCLXXIII. , *die vero ſexta menſis junii* . in fol. max. (*m*).

RODERICI ZAMORENSIS Speculum vitae humanae .... *Romae in domo nobilis viri Joh. Philippi de Lignamine Meſſanenſis ejuſd. S. D. N. familiaris , anno ejus ſecundo* (1473), *ultima die menſis julii* . in fol. (*n*).

FRANCISCI Cardinalis de la ROVERE tituli S. Petri ad Vincula (poſtea Papae Sixti IV.) opera ; ſcilicet de ſanguine Chriſti ,

---

auctoris . & terminatur ſubſcriptione , quam partim retuli , ſed eadem omnino de verbo ad verbum , ac illa ſub anno 1472. relata in *Deciſionibus Rotae Romanae* . Tantam characterum hujus editionis aſſerit GUILLELMUS DEBURE num. 2665. eſſe ſingularitatem , ut ſi deeſſet anni nota , poſſet pro una ex primis Typographiae productionibus haberi . Mihi autem hanc videre non contigit . Exſtat vero in Regia Bibliotheca Pariſienſi *Tom. I. human. litter. pag.* 289.

(*m*) Exſtat apud S. Mariam de Populo .

(*n*) Semper praeeſt operi auctoris praefatio ad PAULLUM II. , & in fine exſtat allata ſubſcriptio cum indice quatuor foliorum . Hanc habent Bibliothecae Angelica , & S. Mariae de Populo .

sti, de potentia Dei, & de futuris contingentibus. MCCCCLXXIII. *pontificis maximi Sixti quarti anno ejus secundo*. in fol. in toto ex 131. foliis (*o*).

(*o*) Operi praeest epistola auctoris ad PAULLUM II. ex 17. lineis, & sequitur prima pars, quae est 110. foliorum (tamen absque numeris). Secunda pars vero est 12. tantum foliorum, in cujus fine *fol. verso* est *regiſtrum* foliorum primae, & secundae partis; quod terminatur his characteribus G O D., & sequitur A L.

tertia pars de futuris contigentibus, cujus *fol.* primo *verso* legitur praefatio JOH. de LIGNAMINE. *Feceram, Sanctissime Pater, tuae Sanctitatis de sanguine Christi, & de potentia Dei libellos fere trecentos impressorio artificio exscribi, quibus multos viros dignitate, & scientia insignes donavi, ut per omnem orbem tuae Sanctitatis laudes diffunderem..... Quod eo libentius feci, quod non sicuti multi futura contingentia neque vera, neque falsa, sed aut vera, aut falsa esse crediderim, tuae Beatitudinis sententiam imitatus: id autem tunc certius credam, cum aliquod contingens beneficium futurum esse, & mihi concedi tua Sanctitas determinabit. Vale felicissime,* PATER BEATISSIME, & JOH. PHILIPPUM de LIGNAMINE *Messaneñ tuae Sanctitatis servum fidelissimum commendatum suscipe*. Haec pars est 9. tantum foliorum, in quorum fine legitur allata subscriptio. Ob defectum hujus tertiae partis in aliquibus exemplaribus, dixere nonnulli editionem hanc carere anni, & Typographi nota. Ita FONTANINIUS in *Catalogo Biblioth. Card.* IMPERIALIS

Le opere, cioè le Rime di Francesco Petrarca.

Multus eras primum, Petrarche: plurimus es nunc,
Nec tu Messani dona Johannis habes.

Sedente Sixto IIII. Pont. Max. anno Christi MCCCCLXXIII. *impressus est hic libellus Rome in domo nobilis viri Johannis Philippi de Lignamine Messane, ejusdem S. D. N. familiaris, anno ejus secundo, XX. die mensis maji.* in 4. (*p*).

JA-

LIS *pag.* 435., FABRICIUS *Biblioth. med. Latinit. Tom. VI. pag.* 197., *& index Biblioth. Tellerianae pag.* 43. In Bibliotheca nostra SS. Trinitatis de Montibus in Colle Hortulorum exstat exemplar ipsum a JOH. PHILIPPO de LIGNAMINE SIXTO IV. oblatum, & rubro panno (*velours*) coopertum.

(*p*) Italica Epigrammata, vulgo *Sonetti*, antecedunt, quae 151. folia occupant; haec sequuntur Triumphi, qui sunt foliorum 40., deinde sequuntur sex alia folia, quae vitam PETRARCHAE, & alia opuscula ad ejus opera spectantia referunt, in quorum fine legitur allata subscriptio. In hac editione post Castitatis Triumphum leguntur 21. versus in laudem hujus virtutis, qui in antecedentibus editionibus desiderantur. Libris rarissimis debet haec editio annumerari, ac in ea essem sententia, ut crederem non parum huic raritati favisse Ecclesiasticum ministerium, secreta suppressione exem-

JACOBI CAMPHARI (*q*) di Genoa dialogi de immortalitate animae in lingua Italiana, una cum praefatione Joh. Philippi de Lignamine ad Dom̃. Antonium de Ruere Nepotem Sixti IV. MCCCCLXXIII. *die I. februarii, P. M. Sixti quarti anno ejus secundo. Completum est hoc opus in domo Joh. Philippi de Lignamine familiaris &c.* in fol. (*r*).

AENEAE SYLVII (Pii II. Papae) libellus de Curialium miseriis una cum praefatione Joh. de Lignamine ad Franciscum Piccolomineum Cardinalem Senensem. MCCCCLXXIII. *die tertia mensis martii impressus est hic libellus in domo Joh. Phi-*

xemplarium. Immerito APOSTOLUS ZENUS *Tom. III. epistolarum pag.* 391. affirmavit hanc editionem prodiisse anno 1474. Romae.

(*q*) JACOBUS CAMPHARUS Ordinem Praedicatorum professus claruit SIXTI IV. tempore. Nihil aliud de eo mihi suppeditat ALTAMURRA in Bibliotheca sui ordinis.

(*r*) Praefatio sic habet: *Absolutum opus de immortalitate animae, vir spectatissime, ab impressoribus meis, cui potius dedicarem, quam tibi, cujus labore, & industria id exemplar acceperam &c.* Opus totum constat 26. capitibus, & allata subscriptione terminatur. Exstat in Bibliotheca Alexandrina Archigymnasii Sapientiae.

lippi de Lignamine S. D. N. Sixti IV. familiaris . in 4. (*s*).

Orationes , seu Homiliae 25. S. JOH. CHRISOSTOMI e Graeco in Latinum versae per Joh. de Trevio ord. Minorum , una cum ejus orationibus de humana felicitate habita coram Sixto IV. II. idus martii , & de immortalitate animae coram eodem nonis decembris anni 1473. *Impressa Romae in domibus Philippi de Lignamine Messanensis anno* 1473. in fol. (*t*).

Consilia PAULI DE CASTRO (*u*) utriusque juris doctoris .... *Per venerabiles viros Vindelinum de* Willa , *Theobaldum Senebecher artium liberalium Magistros* , *& Joh. Reynardi Romae impressa anno sal.* MCCCCLXXIII. , *die vero mensis junii decima* , *prima pars finit feliciter* . in fol. max.

Ejus-

(*s*) Constat 31. tantum foliis . Exstat in Bibliotheca S. Mariae de Populo .

(*t*) Jam supra de JOHANNE de TREVIO dictum est . Haec autem ejus operum editio ita mihi suppeditatur a WADINGIO in suo *de Scriptoribus Ord. Minorum syllabo pag.* 227.

(*u*) PAULLUS ex CASTRO oppido Falisco rum oriundus , Jurisconsultus celebris Senis , Florentiae , & Patavii jus docuit , & obiit circa annum 1440.

Ejuſdem pars ſecunda *anno ſal. milleſ. quadring. ſeptuag. tertio, ſedente Sixto IV. Pont. Max.* in fol. max. (*x*).

MCCCCLXXIV.

NICOLAI PEROTTI rudimenta Grammatices .... *In alma urbe Roma in domo nobilis viri Petri de Maximis non atramento, plumali calamo, neque aereo ſtylo, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi, ſeu caracterizandi opus ſic effigiatum eſt ad Dei laudem, indiſtrieque per Magiſtrum Arnold. Pannartz Alamannum anno ſalutis* MCCCCLXXIIII., *die ſecunda menſis decembris, ſedeñ. Sixto Pont. Max., anno ejus quarto.* in fol. (*a*).

S. Au-

(*x*) Uterque Tomus maximae formae exſtat apud S. Mariam de Populo. Hunc autem SENEBECHERUM Typographum ignoravit MAITTAIRE. Editores autem fuere JOHANNES BAPTISTA de BRENDIS Comes Palatinus, & Advocatus Conſiſtorialis, & BARTHOLOMAEUS de BALGIONIS de STABIA in officio Vicariatus Urbis Auditor, qui parti II. monitum ſingulare praemiſerunt.

(*a*) Ex ſola MAITTAIRII relatione pag. 340. nobis innotuit haec editio, quae ſi exſiſtat, ſolus liber eſt, quem

S. AUGUSTINUS de civitate Dei .... *Alma in urbe Roma &c. industrieq; est consummatum per Udalricum Gallum Alam., & Symonem Nicolai de Luca Anno Dom.* MCCCCLXXIIII. *die vero IIII. mensis februarii &c.* in fol. (*b*).

D. THOMAE DE AQUINO Secunda Secundae. *Alma in urbe Roma &c. per Udalricum Gallum, & Symonem Nicolai de Luca,* MCCCCLXXIIII. in fol. (*c*).

LACTANTIUS de Divinis institutionibus. *Al-*

quem ARNOLDUS a SWEYNHEYMIO separatus hoc anno ediderit. Omni adhibita diligentia librum hunc reperire non potui. Quis scit, an in aliquo exemplari editionis horumce artificum anni 1473. PANNARTZ folium ultimum subscriptionis non mutaverit? Fabulosam esse editionem AULI GELLII hujus anni ab ARNOLDO vulgatam affirmare non dubito, quia ex auctoribus, qui eam memorarunt, nemo est, qui ejus exsistentiam affirmare praesumat.

(*b*) Subscriptio est integra, qualem eam retulimus anno 1472. in *Decisionibus Rotae Romanae*. Editio haec est elegans sub una tantum columna, licet adhuc in ea deficiant *numeri, signaturae, ac custodes*. Exstat autem in Bibliotheca Corsiniana, tum habetur exemplar alterum, in charta maxima in Coenobio Omacensi Minimorum apud Sequanos.

(*c*) Exstat exemplar in Bibliotheca Regia Parisiensi *Tom. II. Theolog. pag.* 12.

... *Alma in urbe Roma &c. per Udalricum Gallum, & Symonem de Luca, anno Dom.* MCCCCLXXIIII., *die XII. februarii.* in fol. (*d*).

S. CYPRIANI opera ... *Per Udalricum Gallum, & Simonem Nicolai de Luca* MCCCCLXXIV. in fol. (*e*).

GREGORII IX. liber decretalium cum gloſſis Bernardini Parmenſis. *Alma in urbe &c. per Udalricum Gallum, & Simonem Nicolai de Luca die XX. ſeptembris* MCCCCLXXIIII. in fol. (*f*).

Gui-

(*d*) Praemittuntur textui auctoris epiſtola JOH. ANDREAE ad PAULLUM II., quae reperitur in editione hujus auctoris anni 1470., & alia ANGELI CNEII SABINI Poetae laureati ad DOMINICUM de DOMINICIS Brixienſem Epiſcopum, in qua ſe vocatum dicit ab UDALRICO GALLO, ut huic novae praeeſſet editioni LACTANTII. Hanc autem epiſtolam refert *Catalogus Smithianus pag.* 133. Exſtat autem in Bibliotheca Vaticana ſub num. 978.

(*e*) Ab uno MAITTAIRIO pag. 242. ex relatione LOESCHERII in *Stromatio Diſſertationum* refertur.

(*f*) Exſtat in Bibliotheca Angelica, & apud S. Mariam de Populo. In hujus autem fine exſtant quidam verſus, quorum nonnulli ſunt de inventione artis Typographicae, nonnulli vero de excuſatione Cleri de ſua ignorantia ob librorum carentiam; tum ad hanc Biblio-

GUILELMI DURANTI (*g*) Speculum juris. .... *Explicit quartum volumen ſpeculatorii cum additionibus Joh. Andr., & Dom. Baldi ... Impreſſum Rome per venerabilem Magrm Georgium Laver de Herbipoli adjuvante ..... Joh. Aloyſio Tuſcano de Mediolano* (*h*) ... *anno* MCCCCLXXIIII. *die vero mercurii XV. menſis martii &c.* in fol. max. Tomi IV. (*i*). AM-

bliopolae reſponſio, ac tandem exhortatio hujus ad comparandum libros. Qui quidem verſus ita ſingulares ſunt, ut etiam ingenio ſunt referti; ad minus autem ſunt num. 65.

(*g*) Patria fuit Gallus, Mimatenſis etiam Epiſcopus factus anno 1286., & obiit anno an. 1296. Circa ejus dignitates, officia, imo & profeſſionem Religioſam, apud Dominicanos inter ſe diſputant eruditi; de quo vide FABRICII *Biblioth. med. Latinit. lib. IV. pag.* 68. *Tom. II.*

(*h*) JOH. ALOYSIUS TUSCANUS Mediolanenſis ſub SIXTO IV. Romam veniens Advocatus Conſiſtorialis factus eſt, & Auditor Camerae Apoſtolicae; amicitia junctus cum eruditis omnibus Romae tunc morantibus, pecuniam Typographis ſubminiſtrabat, ut eorum opera ſuis typis mandarent, & errata corrigere in officinis non dedignabatur. De hoc vide CHARTARIUM *de Advocatis Conſiſtorialibus ſyllab.*, impr. *Romae* 1656. *in fol. pag.* 49.

(*i*) Quatuor haec immenſae molis volumina exſtant in noſtra Bibliotheca SS. Trinitatis de Montibus in Colle Hortulorum.

AMMIANI MARCELLINI rerum gestorum a Constantino Magno usque ad Gratianum libri ex recognitione Angeli Sabini, & cum sua praefatione ad Ludov. Donatum Episcopum Bergomensem (qui obiit anno 1484.).... *Impressio* (*hujus*) *Romae facta est totius orbis terrarum regine olim & imperatricis, arte maxima & ingenio per dignissimos impressores Georg. Saschel de Reichenbal, & Bartholom. Golsch de Hohenbart clericos anno dom.* MCCCCLXXIIII. *die vero VII. junii mensis.* in fol. (*k*).

ANGELI SABINI (*l*) paradoxa in Juvenalem.... *Per Georg. Saschel, & Bartholom. Gol-*

(*k*) Operi praemissa praefatio unum occupat folium, hanc autem refert *Catalogus Smithianus pag.* 131. Multi adhuc in editione hac desiderantur textus Graeci. Extat in Bibliotheca Vaticana sub num. 7190., & in Corsiniana.

(*l*) ANGELUS CNEUS patria Sabinus Academiae Romanae sub POMPONIO LAETO socius. Commentaria in JUVENALEM edidit, quae concitarunt in ipsum DOMITII CALDERINI inimicitiam, unde pluribus in locis ab hoc ultimo perstringitur sub nomine FIDENTINI, non vero sub nomine BROTHAEI, sicut placuit MAFFEIO, multisque aliis, quia sub BROTHAEI Grammatici nomine latebat NICOLAUS PEROTTUS, ut dicam infra. Audiamus nunc CALDERINUM in epistola

Golſch clericos anno milleſ. quadring. ſeptuag. quarto IX. auguſti. in fol. (*m*).

Ju-

ſtola praemiſſa JUVENALI a ſe edito Venetiis anno 1474., quomodo occaſione horum *Commentariorum* SABINI ipſum increpat: *Equidem haec non ſcripſiſſem, ſi in Urbe tantum ageretur de hoc, ubi contemnitur, ſed quoniam ad alios haec fortaſſe pervenient, nolui eos ignorare, quis ſit* FIDENTINUS, *ne hominis hujus ignorantiam Academiae Romanae, unde haec emittuntur, adſcribenda judicent.* Haec autem SABINI *Commentaria* fuiſſe hujus inimicitiae principium clare conſtat ex epiſtola ad NICOLAUM PEROTTUM, quam horum Commentariorum editioni poſtpoſuit. Haec autem quaſi in omnibus exemplaribus deſideratur, ob quam rationem editor *Catalogi Smithiani*, qui duas ejuſdem SABINI ad eumdem PEROTTUM epiſtolas retulit pag. 127., hanc tertiam omiſit. In ea autem ait: *Statueram, R. D., nec amplius aliquid de amico* (ironice loquitur de DOMITIO CALDERINO) *ſcribere; verum quia impellor, hoc me addere oportuit: nam vix paradoxa noſtra impreſſoribus commiſſa fuerant, tum quidam ex communibus amicis ad me venerunt, ſuadentes ab incepto deſiſterem ejuſdem amici* (CALDERINI) *ſuaſu, quamvis non faterentur, dicentes ipſum ira percitum, dubiumque eſſe, ne aliquid in me aleret, molireturque; quamobrem ſatius putabant inceptum opus diſerendum. Ego quoniam hominum ingenium noram, & quorſum loquerentur, intelligebam; diſcedite hinc, inquam, amicoque veſtro dicite, me ipſius minas contemnere. Verebatur enim amicus noſter, ne opere impreſſo furta ipſius detegerentur &c.*

(*m*) Duae praemittuntur epiſtolae ad NICOLAUM PE-

JUVENALIS Satyrae cum commentariis Domitii Calderini.... *Commentarii in Juvenalem cum defenſione commentar. Martialis contra Brothaeum editi Romae X. ſeptemb.* MCCCCLXXIIII. in fol. (*n*).

NICOLAI SICULI (*o*) Archiepiſcopi Panor-

PEROTTUM, & tertia ad eumdem ſubſcriptioni relatae poſtponitur. Exſtat autem in Bibliotheca Aracaelitana, & apud S. Mariam de Populo.

(*n*) Operi praeeſt vita JUVENALIS, & hanc ſequitur praefatio CALDERINI. Tertio vero folio legitur epiſtola ejuſdem ad Card. JULIANUM de MEDICIS; deinde CALDERINI Commentaria ſequuntur, quae ad oram cujuſvis paginae textum JUVENALIS ambiunt, & comitantur. Ad calcem vero decem alia, ſed diverſi characteris folia reperiuntur, quae exhibent defenſionem CALDERINI contra BROTHAEUM (NICOLAUM PEROTTUM); & in eorum imo legitur allata ſubſcriptio. Editionem autem hic retuli, & ſic deſcripſi, ut ab errore vulgari aliqui removerentur; Romae enim creditur impreſſa, & reipſa Veneta eſt editio anni 1475., ut diligenter inquirenti poſt partem Satyrarum patebit. Typographus eſt JACOBUS de RUBEIS. Anno enim 1474. publice haec Commentaria *legebat*, ſicque ea edebat, ſed non praeterea *imprimebat*. In Corſiniana, & Aracaelitana Bibliotheca exſtat haec editio.

(*o*) NICOLAUS de TUDESCHIS Catanenſis ex ordidine S. Benedicti, Archiepiſcopus Panormitanus creatus anno

normitani Gloſſae in inſtitutiones juris .... *Impr. Romae per Magiſtr. Johannem Genſberg* .... MCCCCLXXIIII. *januarii die XXI.* in fol. (*p*).

DOMITII CALDERINI (*q*) commentaria in Martialem .... *Impreſſ. per Magiſt. Johannem Gensberg, auſpicio, & favore Excellent. Dom. Joh. Aloyſii Tuſcani de Mediolano Advocati Conſiſtorialis, anno ſalutis* MCCCCLXXIIII., *die vero martis menſis martii &c.* in fol. (*r*).

Jo-

anno 1434., obiit vero anno 1445., de quo videndus MONGITORIUS *Bibloth. Siculae Tom. II. pag.* 98.

(*p*) Habetur in Bibliotheca Corſiniana, & apud Sanctam Mariam de Populo.

(*q*) Natus in Turri ſuper lacum Benaenſem in agro Veronenſi a PAULLO II. Romam accerſitus fuerat pro docendis in Univerſitate publica humanioribus litteris, quod & praeſtitit adhuc ſub SIXTO IV., a quo Secretarius Apoſtolicus creatus eſt. Non parum nocuere ipſius famae, ac nomini invidia, ac arrogantia. Peſte autem obiit Romae anno 1477. aetatis ſuae 32., de quo videndus MAFFEIUS *Veronae illuſtratae Parte II. pag.* 220.

(*r*) Praeeſt epiſtola CALDERINI ad filium Principis Mantuani cum undecim verſibus; ſequitur ejuſdem epiſtola ad LAURENTIUM MEDICEM; deinde vero commentaria, quae relata ſubſcriptione terminantur cum

16. ver-

JOHANNIS de IMOLA (*s*) Liber Clementinarum... *Impr. Romae per Magiſt. Ioh. Gensberg, auſpiciis &c. Ioh. Aloyſii Tuſcani. Die lunae XX. auguſti, ſedente Sixto IV. an.*MCCCCLXXIIII. in fol.max.(*t*).

PETRI de ANCHARANO (*u*) Conſilia juridica... *Per Mag. Adam Rot clericum Metenſ. Dioeceſis Romae XXVII. junii* MCCCCLXXIIII. in fol. (*x*).

M. TULLII CICERONIS Rhetoricorum libri

O

16. verſibus LUCIDI FAZINII MAPHAEI Romani, *Phoſphori* dicti, ex Academia Romana, factus etiam Signinus Epiſcopus a SIXTO IV., qui obiit Romae anno 1503. In epiſtola autem ad LAURENTIUM MEDICEM vehementer inſurgit in quemdam BROTHEUM GRAMMATICUM; hic autem erat NICOLAUS PEROTTUS, qui in inimicitias CALDERINI incurrerat, quod eodem tempore in Academia Romana uterque exponeret Martialem, de quo vide *Prooemium Cornucopiae*. Deſcriptionem hauſi ex exemplari mei juris, quod olim fuit JANI PARRHASII.

(*s*) Ex Foro Cornelii Juriſconſultus Bononienſis floruit ineunte XV. ſaeculo, & obiit anno 1435.

(*t*) Hujus mentio habetur in *Miſcellaneis Lipſienſibus Tom. XII. pag. 69.*, ſed reperitur in Bibliotheca Corſiniana, & apud S. Mariam de Populo.

(*u*) In Bononienſi Univerſitate profeſſor floruit anno 1415.

(*x*) Habetur in Bibliotheca Corſiniana.

bri ad Herennium . . . *Impreſſus quoque eſt hic liber ultimus Romae per me* Wendelinum Willa *in artibus magiſtrum* MCCCCLXXIIII. in fol. (*y*).

Formularium inſtrumentorum ad uſum curiae Romanae . . . *Impreſſoribus magiſtris Ioh. Nicolao Hanheymer de Oppenheym, & Ioh. Schurener de Bopardia XXV. novembris etc.* MCCCCLXXIIII. in fol. (*z*).

Flavii Blondi (*aa*) Italia illuſtrata, & Roma inſtaurata . . . *Romae in domo nobilis viri Iohannis Philippi de Lignamine Meſſanenſis S.D.N. familiaris, hic liber impreſſus eſt anno Dom.* MCCCCLXXIIII., *die vero lunae, quinta menſis decembris etc.* in fol. (*bb*). Ho-

(*y*) A SCHWARZIO in *indice libror. XV. ſaeculi* deſcribitur *pag.* 6., unum autem erat apud D. DE LAURAGUAIS *indicis impr. Pariſiis ann.* 1770. *in* 8. *num.* 228.

(*z*) Libri hujus auctorem facit WARNERIUM FABRICIUS *Tom. IV. pag.* 181. Ille autem, ut creditur, obiit ſub finem XII. ſaeculi. Editio autem haec mihi ex LEICHIO *in origine, & incrementis Typogr. Lipſienſis pag.* 127. innotuit.

(*aa*) FLAVIUS BLONDUS ex illuſtri, & antiqua Ravaldinorum familia Forolivienſi fuit a ſecretis EUGENIO IV., NICOLAO V. &c., obiit autem Romae anno MCCCCLXIII.

(*bb*) Editio haec exſtat in Bibliotheca Angelica, & Collegii Urbani de Propaganda Fide.

HOMERI libri aliqui Iliadis, & ejuſdem aliorum fragmenta Latinis verſibus reddita a Nicolao de Valle (*cc*) legum doctore, & Canonico Baſilicae S. Petri .. *Impreſſus eſt iſte liber Romae in domo Ioh. Philippi de Lignamine etc. anno* MCCCCLXXIIII. *prima die menſis februarii*. in 4. (*dd*).

O 2 Jo-

(*cc*) NICOLAUS de VALLE (non vero VALLA, ut placuit MANDOSIO) Romae circa annum 1450. ex LAELIO de VALLE Advocato Conſiſtoriali, & pauperum natus, aetatis ſuae anno 21. obiit. Quare juvenis maximae ſpei in Graecis, ac Latinis litteris verſatiſſimus hanc HOMERI verſionem integram abſolvere non potuit. *Batrachomiomachiam* etiam vertit, & manuſcriptam vidi in Bibliotheca Alexandrina Archigymnaſii Romanae Sapientiae. Heſiodum inſuper vertit, jam anno 1471. Romae impreſſum. Hinc a laudato BARUFFALDIO pag. 35. editio HESIODI peracta Ferrariae prima, & unica ſaeculi XV. immerito appellatur. Haec etiam iterum edita fuit Lipſiae circa annum 1497. Noſtram ergo editionem, ejuſque auctorem BARUFFALDIUS ignoravit. Videndus de eo PROSPER MANDOSIUS *Biblioth. Romanae Tom. II.* impr. Romae 1692. in 4. pag. 19.

(*dd*) Praeeſt operi praefatio THEODORI GAZAE ad LAELIUM de VALLE patrem auctoris, in qua de morte ejus filii ipſum conſolari nititur, & in hac praeter memoratam HESIODI verſionem dicit multa etiam alia vertiſſe in Latinum idioma, quae exoptaret, ut quam pri-

JOHANNIS PHILIPPI de LIGNAMINE chronicon Pontificum, seu chronicon Ricobaldinum cum ejus continuatione ab anno 1316. ad tempora usque Sixti IV.... *Romae in domo nobilis viri Ioh. Philippi de Lignamine etc. impressus est anno Dom.* MCCCCLXXIIII. *die XIIII. mensis julii etc.* in 4 (*ee*).

ANTONII de BUTRIO Consilia juridica. *Impr. Romae* MCCCCLXXIIII. editio 2. Romana. in fol. (*ff*).

AE-

primum typis mandarentur. Exstat in Bibliotheca Alexandrina Archigymnasii Romanae Sapientiae.

(*ee*) Praefationem ad SIXTUM IV. praemisit JOH. PHILIPPUS, & haec VII. folia occupat. In ea totus est in retundendis inimicorum talis: *Quantum enim in me obtrectatores mei canina lingua, & genuino dente, ut ajunt, desaevierint, ex quo laudum tuarum* (SIXTI IV.) *aliorumque multorum praedicator, & scriptor esse coepi, nemo est pene omnium, qui id ignoret &c.*, & postea in laudandis Cardinalibus illius temporis, BESSARIONE nempe, BORGIA, ROVERELLA, MARCO BARBO, RIARIO, & ESTOUTEVILLA; & post hanc folio sequenti haec leguntur: INCIPIT CHRONONICA pro *Chronica*. Quaelibet pagina praefationis est 24., operis vero 25. linearum. Exstat in Bibliotheca Angelica, & apud S. Mariam de Populo.

(*ff*) Recensetur a MAZZUCHELLIO in opere, cui titulus: *Scrittori Italiani Tom. II. Part. IV. pag.* 2270.

Aegidii de Bellamera Auditoris cauſarum in Palatio Apoſtolico, & deinde Antiſtitis in Avenione (obiit anno 1392.) Deciſiones Rotae Romanae... *Impreſſae fuerunt Romae anno Dom.* MCCCCLXXIIII. *menſe aprili*. in fol. max. (*gg*).

Johan. Lapi de Caſtelho utriuſque juris Doctoris allegationes... *Impr. per Ioh. Reynardi Romae anno* MCCCCLXXIIII., *die vero XIIII. menſis maji*. in fol. (*hh*).

MCCCCLXXV.

Lucii Annaei Senecae epiſtolarum libri ad Lucillum XXV. una cum ejuſdem epiſtolis ad S. Paulum, & hujus ad illum... *Praeſens haec epiſtolarum Senecae ad Lucillum impreſſio in alma Urbe Roma in domo nobilis viri Petri de Maximis non atramento, plumali calamo, neq; ſtilo aereo, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi, ſeu characterizandi opus ſic effigiatum eſt ad Dei laudem induſtrieq; per Ma-*

(*gg*) Apud S. Mariam de Populo.

(*hh*) LAPUS BIRAGUS patria Florentinus PHILELPHI diſcipulus obiit Florentiae ſaeculo XV. vergente. Exſtat autem hic liber apud S. Mariam de Populo.

giſtrum Arnoldum Pannartz Alamanũ eſt conſummatũ anno ſal. MCCCCLXXV., *die vero prima menſis februarii etc.* in fol. (*a*)

S. THOMAE AQUINATIS ſumma Catholicae fidei contra gentiles... *Impreſſit clarus artifex Arnoldus Pannartz in domo nobilis viri Petri de Maximis civis Romani anno* MCCCCLXXV., *die vero XX. ſeptembris etc.* in fol. (*b*)

JOSEPHI JUDAEI hiſtoriarum libri VII. latine redditi... *Impreſſit clarus artifex Ar-*

(*a*) Octo priora folia exhibent ſuppoſititias epiſtolas S. PAULLI ad SENECAM, & SENECAE ad PAULLUM, una cum *rubricis* XXV. librorum epiſtolarum ad LUCILLUM, & folio ſequenti incipiunt *epiſtolae ad* LUCILLUM. Character hujus editionis toto caelo differt ab eo, quo utebatur hic artifex junctus ſocietate CONRADO: Minutior enim eſt, & quadratus, ſed elegantior. In fine exſtat quidem *regiſtrum* chartarum, ſed deſiderantur *numeri*, *cuſtodes*, *ſignaturae*, & *capitales*. Inſignis raritatis eſt haec editio, quae prior dici poteſt Pariſina, imo & Neapolitana ejuſdem anni, adeoque editio originalis quoad partem epiſtolarum. Exſtat autem unum exemplar elegans in noſtra Bibliotheca SS. Trinitatis de Montibus in Colle Hortulorum.

(*b*) Haec a FABRICIO *Biblioth. med. Latinit. Tom. VI. pag.* 242. *deſcribitur*, & ZACHARIAS in ſuo *Excurſu litterario per Italiam pag.* 109. ſe hanc tractaſſe Mediolani affirmat.

Arnoldus Pannartz in domo nobilis viri Petri de Maximis Civis Romani an. MCCCCLXXV. *XXV. novembris, ſedente Sixto IIII. Platyna emendavit.* in fol. (*c*)

STATII opera omnia, nempe Thebaidorum libri XII. cum commentar. Placidi Lactantii (*d*); Achilleidos libri duo cum commentariis Mataratii (*e*); & Sylvarum libri V. cum notis Domitii Calderini ... *Impreſſit Romae ad aedes Maximorum Arnoldus Pannartz e Germania, idibus ſextitibus anno a natali Chriſtiano* MCCCCLXXV. in fol. (*f*)

(*c*) Editionem hanc curavit PLATINA abſque eo quod praefationem adjunxerit. Editio eſt elegans, quae exſtat in Bibliotheca Corſiniana, & apud S. Mariam de Populo.

(*d*) PLACIDUS LUCTATIUS, aut LACTANTIUS auctor antiquus, cujus aetas ignoratur, teſte FABRICIO *Biblioth. med. Latinit. Tom. IV. pag.* 285.

(*e*) FRANCISCUS MATARATIUS, vel MATURANTIUS ſub finem XV. ſaeculi linguas Graecam, & Latinam in Peruſina Academia docuit. Quo anno obierit, ignoratur.

(*f*) Haec a GUILLELMO DEBURE *Bibliographie* num. 2800. deſcribitur. FABRICIUS vero *Biblioth. Latinae Lib. II. cap. XVI. pag.* 332. dicit editioni huic adjungi notas CALDERINI in loca obſcuriora SAPPHVS, OVI-

HERODOTUS ex interpretatione Latina Laurentii Vallae... *Impreſſus Romae in domo nobilis viri Petri de Maximis anno ſalu-*

OVIDII, & PROPERTII. ORLANDIUS vero in opere, cui titulus: *Origine della Stampa pag.* 72. affirmat hunc auctorem Romae fuiſſe hoc anno editum, ſed ex editione prorſus diverſa, ut eadem omnino contineat opera, ſed praefatio diverſa ſit, & careat Typographi nomine. Hanc autem, quam retuli, poſſidebat olim *Biblioth. Menaſſiana Indicis pag.* 132. *num.* 1711. Habetur vero etiam in Janiculenſi Bibliotheca S. Onuphrii. Occaſione harum STATII editionum alterius hic ſubjiciam deſcriptionem, quae princeps appellari meretur, ac originalis. Praemittuntur XI. folia commentariorum in libros XII. Thebaidorum; ſequuntur Thebaidorum libri, in quibus multa diſcrepant a noſtris editionibus. Poſthaec habentur octo alia commentariorum folia in Achilleidorum libros cum vita STATII; & liber ſecundus Achilleidorum terminatur ſolito quidem verſu:

Et memini meminiſſe juvat: ſcit caetera mater;

ſed huic manus auxilio ſtatim ſubjicitur:

Aura ſilet, puppis currens ad littora venit. Finis;

unde in hac editione deſiderantur Sylvarum libri. Volumen eſt 167. foliorum, quaelibet pagina eſt 33. verſuum. Ad marginem exſtant nomina propria urbium, ac virorum, in IV. prioribus foliis commentaria in Thebaid., ſed in ceteris ſunt manuſcripta. Character, licet quadratus, tamen rudis eſt, ac deſunt *ſignaturae*, *cuſtodes*, & *numeri*, tum loci, anni, & Typographi notae. Exſtat autem in Bibliotheca Corſiniana.

lutis MCCCCLXXV. *die XX. menſis aprilis etc.* in fol. (*g*)

HIEROCLES in verſus aureos Pythagorae, interprete Joh. Auriſpa (*h*) ... *Per ingenioſum virum Arnoldum Pannartz Romae impreſſum* .... MCCCCLXXV. *die XXV. ſeptembris etc.* in 4. (*i*)

LAURENTII VALLAE elegantiarum libri ſex .... *Impr. anno* MCCCCLXXV., *die ve-*

(*g*) Operi praeeſt index 23. foliorum, & textus terminatur ſequentibus verſibus:

Miraris: fuerim cum ſcriptor Jonicus: unde eſt
Q: nunc Romanus perlegor Herodotus
Magna quidem merito referenda eſt gratia Vallae:
Ille meam pulchre tranſtulit hiſtoriam.
Res igitur priſcas: memorandaq; facta virorum
Qui cupit ex uno noſcere: noſtra legat.
Nam ne defuerint noſtra exemplaria Romae,
Arnoldi artifices conſuluere manus.
In quibus Andreas Alerienſis Epiſcopus olim
Extremam impoſuit: nec ſine laude limam.

Deinde ſequitur ſubſcriptio relata. Splendida eſt haec editio, licet adhuc careat *numeris*, *ſignaturis*, ac *cuſtodibus*.

(*h*) JOHANNES AURISPA, patria Siculus, circa medium XV. ſaeculi floruit. In Linguis Graeca, & Latina peritus varios auctores Graecos fecit Latinos.

(*i*) Praecedunt duo folia praefationis AURISPAE ad NICOLAUM V., & opus terminatur allata ſubſcriptione.

vero ſecunda menſis julii Arnoldus Pannartz in domo Petri de Maximis etc. in fol. (*k*)

Miſſale Romanum ad uſum Sanctae Matris Eccleſiae Romanae... *Sacrum Sanctum*^{q} *hoc opus ad honorem, et gloriam omnipotentis Dei, ac Dñi Ieſu Chriſti, magni et excellentis ingenii Udalricus Gallus alias Han Alamanus ex Ingelſtat civis Viennenſis non calamo, aere, vel ſtylo, ſed nove artis, ac ſolerti induſtrie genere Rome conflatum, impreſſum*^{q}, *nec non a fratribus ſacri Conventus Are celi recte, ac fideliter emendatum anno incarnationis Dominice* 1475. *XI. Kal. maii, ſedente Sixto divina providentia Papa* IIII. *poſteris reliquit.* in fol. max. (*l*)

Al-

(*k*) Exſtat in Angelica Bibliotheca.

(*l*) A SAXIO *in hiſtoria Typographiae Mediolanenſis* ZAROLUS primus appellatur Miſſalium Typographus eo quod hoc etiam anno 1475. Miſſale Ambroſianum ad *X. Kal. Aprilis impreſſerit*; unde non alia eſt, quam menſis unius inter utramque editionem antiquitatis diſparitas, quae abunde ſuppletur editione ULRICI HAN ex characterum elegantia, ex forma voluminis, quae marginum amplitudine ſplendida eſt, ex chartae genere, quae eſt pergamena, & ex rubricarum lineis, quae rubro colore imprimuntur. Inſuper Miſſale illud eſt non unius

ALBERTI de EYB juris utriusque doctoris & Pii II. Cubicularii (floruit circa annum 1460.) Margarita poetica, seu summa Oratorum, Poetarum, & Philosophorum... *Per ingeniosum virum Magistrum Udalricum Gallum, alias Han etc.... Romae die XX. decembris anni jubilaei, sedente Sixto* IIII. MCCCCLXXV. in fol. (*m*)

JUSTINIANI institutionum libri IV. cum glossis, ex recognitione Caroli de Alexandris de Perusio... *Per Udalricum Gallum alias Han ex Ingelstat* (*n*) *civem Viennensem... & correctum per Carolum de Alexan-*

---

unius Dioecesis, sed Ecclesiae universalis. Huc usque ignotum fuit Bibliographis Missale illud, & quidem FRANC. ANTONIO ZACHARIAE, qui *Bibliothecam Ritualem* nuperrime scripsit. In eo capitales litterae omnes auxilio manus factae, & miniatae fuere. Deficiunt vero *numeri*, *custodes*, & *signaturae*, & in membranis ex charactere majori imprimitur. Rarum hoc volumen reperitur in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis ANTONII CASALI.

(*m*) In Bibliotheca Angelica, & S. Mariae de Populo.

(*n*) Si Pater XISTUS ex ordine S. Augustini has ULRICI HAN subscriptiones legisset, in sua *Commentatione de primis Vindobonae Typographis*, impr. *Vindobonae an.* 1764. *in* 4. *ex* 48. *paginis* non dixisset *pag. IX.* ULRICUM Vindobonae ortum habuisse.

xandris de Perusio, *anno Dom.* MCCCCLXXV. *XVIIII. Kal. augusti*. in fol. (*o*)

JOHANNIS de MILLIS (*p*) repertorium juridicum... *Impressum Rome per venerab. virum Magist. Georgium Laur de Herbipoli*, *anno salutis* MCCCCLXXV., *die vero veneris XXIII. mensis junii*. in fol. (*q*)

Novae decisiones Rotae Romanae... *Impress. Romae per Georg. Laur de Herbipoli* MCCCCLXXV. in fol. (*r*)

NICOLAI de TUSDESCHIS Abbatis Panormitani lectura super IV., & V. libr. decretalium... *Impr. Romae Georg. Laur de Hiperboli* MCCCCLXXV. in fol. (*s*)

S. GRE-

(*o*) Textus operis quasi Gothicus est, ille vero commentariorum, quo textus involvitur, est elegans.

(*p*) JOHANNES de MILIIS, seu AEMILIUS fuit patria Veronensis, florebat tempore GALEAZZI VICECOMITIS XV. saeculo.

(*q*) Constat volumen ex 184. foliis. Exstat apud S. Mariam de Populo. De hoc auctore legitur apud MAFFEIUM *Veronae illustratae part. II. edit. in* 8. *pag.* 194. CELSUM MAFFEIUM jam ab anno 1472. vidisse exemplar hujus libri typis mandatum, sed absque anni nota.

(*r*) Ex SCHELHORNII *Amoenit. historiae litterariae Tom. III. pag.* 131.

(*s*) In Biblioth. regia Galliae *Tom. I. Jurisprudent. pag.* 10. Hunc etiam refert LABBEIUS *Biblioth. novae pag.* 339. *num. XXXVIII.*

S. Gregorii Papae opus Moralium .... *Impreſſ. Romae apud S. Marcum anno a nativitate ... jubilaeo milleſ. quadring. ſeptuag. quinto, die quinta menſis ſeptembris &c.* in fol. (*t*)

Concordantiae diſcordantium Canonum. *Impr. per Simonem Nicolai de Luca Romae* MCCCCLXXV. in fol. (*u*)

Marci Tullii Ciceronis Rhetorica. *Romae per Magiſt. Ioh. Schurener de Bopardia anno jub., & a nativ. Domini* MCCCCLXXV. in fol. (*x*)

Aeneae Sylvii (poſtea Papae Pii II.) Hiſtoria Bohemica ... *Impr. per Ioh. Nicolaum Han Heymer de Oppenheym, & Ioh. Schurener de Bopardia Rome anno jubilei ...* MCCCCLXXV., *die X. menſis januarii, fa-*

(*t*) Characteres majori, ſed Gothico imprimitur. Hujus Typographus fuit SYMON de LUCA, qui ſolvit ſocietatem cum ULRICO HAN hoc anno, ſuamque ſemper retinuit officinam apud Palatium pontificium *S. Marci*. Exſtat in Bibliotheca Vaticana, Corſiniana, & Angelica.

(*u*) Exiſtentia hujus depromitur ex MAITTAIRIO *Tom. I. pag.* 353.

(*x*) In Bibliotheca Janiculenſi S. Onuphrii.

favente impreſſioni hujus operis Dom. Ioh. Aloyſio Tuſcano. in fol. (*y*)

Ejuſdem AENEAE SYLVII epiſtolae in Cardinalatu editae.... *Impr. per Magiſtrum Ioh. Schurener de Bopardia anno jubilaei*... MCCCCLXXV., *die* XIIII. *menſis julii &c.* in fol. (*z*)

Ejuſdem Dialogi de variis rebus... *Romae per Mag. Ioh. Schurener de Bopardia anno* MCCCCLXXV., *die* XI. *menſis ſeptembris*. in fol. (*aa*)

ARISTOTELIS problemata ex verſione Theodori Gazae... *Romae impreſſa per Iohann. Reynard. de Eningen... ſub Sixto* IV. *Pont. Max. abſoluta ſunt an.* MCCCCLXXV. XIIII. *calend. junii*. in fol. (*bb*)

Col-

(*y*) Uſi ſunt duo iſti Typographi charactere peſſimo ita ut excepto REYNARDO de ENYNGEN nullus ex Typographis Romanis deformiori uſus fuerit charactere. Exſtat autem in Bibliotheca Corſiniana, & in Angelica.

(*z*) In Bibliotheca Corſiniana.

(*aa*) In Bibliotheca Vaticana ſub num. 10603., & in Corſiniana.

(*bb*) Praemiſit operi praefationem ad SIXTUM IV. THEODORUS GAZA. Contra verſionem hanc ſcripſiſſe TRAPEZUNTIUM affirmat SAXIUS *hiſtoriae Typographico-litterar. Mediolan. pag. CLV.*, aſſervarique manuſcriptam in Bibliotheca Ambroſiana.

Collactanea arrogantiſſimi Pompeii Feſti, priſciſque verbis promulgata ex edit. Manilii Romani (*cc*). *Impr. per Iohan. Reynardum de Enyngen Conſtantienſem. Romae ſub Sixto* IIII. .... MCCCCLXXV., *calendis vero octobris*. in fol. (*dd*)

Nicolai Perotti (*ee*) rudimenta Grammatices &c. *Romae quoqu; impreſſa per me Windelinum de Willa in artibus magiſtrum duodecimo kalendas octobrias anno ſal. milleſ. quadring. ſeptuag. quinto*. in fol. (*ff*) Al-

(*cc*) MANILIUS RALLUS ſic dictus a FABRICIO *Biblioth. Latinae lib. IV. cap. IV. Sectione II.*, & *Tom. III. novae editionis pag.* 322. In Graecis praecipue peritus florebat tempore POMPONII LAETI.

(*dd*) Praefationem praemiſit MANILIUS ad POMPONIUM LAETUM, quam integram ad editionem hujus auctoris ann. 1477. referam. Nihil deformius prodiit ex Romanis praelis hujus ſaeculi hac editione, & characteribus hujus Typographi. Exſtat autem in Corſiniana Bibliotheca.

(*ee*) NICOLAUS PEROTTUS ex Sentino Umbriae oppido, hodie Saxoferrato, Graeca, Latinaque litteratura clarus, Archiepiſcopatum Sypontinum ob doctrinam, & vitutem meruit, in quo munere recte adminiſtrato extrema jam ſenectute obiit apud Villam *Curifugiam* ab ipſo domino ſic appellatam. Ita MATTHAEUS TOSCANUS in ſuo *peplo Italiae*, aliique.

(*ff*) Operi praemittitur praefatio in regulas NICOLAI

ALBII TIBULLI opera, quae exstant cum commentariis Bernardini (*gg*) Veronensis.... *Imprimi fecit G. Tibullus de Amidanis de Cremona Rome anno jubilei, & a nativ. Dom.* MCCCCLXXV. *die mercurii* XVIII. *mensis julii, sedente Sixto quarto, anno ejus felici quarto.* in 4. (*hh*)

SVETONIUS de Grammaticis, Phalaridis epistolae ex versione Aretini,... *Feliciter absoluta sunt Romae A. Dom.* MCCCCLXXV. in 4. (*ii*)

OMNI-

LAI PEROTTI, & in fine legitur allata subscriptio. MAITTAIRE, maximaque Bibliographorum pars editionem hanc ignoravit propter insignem ejus raritatem. Reperitur autem in Bibliotheca Clericorum Reg. apud S. Andream Vallensem.

(*gg*) BERNARDINUS CILLENIUS de Peschiera Latitina lingua peritissimus floruit circa medium XV. saeculi, de quo multa profert MAFFEIUS *Veron. illustrat. part. II. pag.* 204.

(*hh*) In fine primae partis, quae textum TIBULLI tantum exhibet, legitur laudata subscriptio, & in fine secundae, quae est Commentoriorum, eadem omnino legitur subscriptio, & anni nota, ac in prima parte, eo excepto, quod legatur SIXTI QUARTI *anno quinto*. Exstat in Biblioth. regia Galliae *Tom. I. human. litter. pag.* 298.

(*ii*) Non ergo fuit prima editio Florentina SVETONII

OMNIBONI LEONICENI opus de VIII. partibus orationis... *In domo nobilis viri Joh. Philippi de Lignamine Meſſan. S. D. N. familiaris impreſſus eſt Romae an. Dom.* MCCCCI XXV., *die ultima menſis martii etc.* in 4. (*kk*).

PETRUS DE ABANO (*ll*) de remediis venenorum, & JOH. PHILIPPUS DE LIGNAMINE de conſervatione ſanitatis... *Impr. in domo nobilis Joh. Philippi de Lignamine* MCCCCLXXV. in 4. (*mm*).

PHILIPPI DE BARBERIIS (*nn*) chronica viro-

P

NII de *Grammaticis* anni 1478., ut placuit FABRICIO *Biblioth. Latin. Tom. II. pag.* 463. MAITTAIRIUS vero pag. 348. his adjungit MODESTUM *de re militari, de magiſtratibus Romanis, & ſacerdotiis*, & PLINIUM *de viris illuſtribus*, ſed mihi hos videre non contigit.

(*kk*) OMNIBONUS LEONICENUS patria Vicentinus ludi magiſter, & oratoria diſciplina juxta aliquos inſignis, praeli JANSONIS apud Venetos director obiit ineunte XVI. ſaeculo.

(*ll*) Dicitur etiam de APONO in agro Patavino, ubi natus anno 1253. Medicorum ſui temporis facile princeps obiit anno 1316.

(*mm*) Partem ſecundam tantum novit MAITTAIRE pag. 357., de qua vide, quae dicta ſunt cap. IV. pag. 90. Exſtat autem in Bibliotheca Vaticana ſub num. 8601.

(*nn*) Ex ord. Praedicatorum, de quo jam ſupra, cap. IV. pag. 89, adnotat. (118).

rorum illuſtrium ad Johan. Alphonſum Eccleſiae Hiſpalenſis Canonicum ... *Impr. anno* MCCCCLXXV. in 4. (*oo*).

M. Fabii Quintiliani Declamationes tres, gladiator, ſepulcrum incantatum, & gemini languentes... *Impr. Romae* MCCCCLXXV. in fol. (*pp*).

Francisci Philelphi conſolatio ad Jacob. Anton. Marcellum patricium Venet. de obitu filii ſui Valerii ... *Impr. Romae kal. januarii* MCCCCLXXV. in fol. (*qq*).

Nicolai Perotti rudimenta Grammatices

(*oo*) Licet deſideretur nomen Typographi, tamen ex charactere facile JOH. de LIGNAMINE deſignatur, qui alia hujus opuſcula ſub anno 1481. typis mandavit.

(*pp*) Abeſt Typographi nomen, ſed ſeſe produnt JOH. DE LIGNAMINE characteres. Habetur vero in Biblioth. Vaticana ſub num. 7659.

(*qq*) FRANCISCUS PHILELPHUS apud Tolentinates natus anno 1398. Graecis, ac Latinis litteris peritiſſimus Bononiae, Mediolani, Florentiae, Patavii, Mantuae, & Romae docuit, & in hac ultima hoc ipſo anno 1475. publice Tuſculanas quaeſtiones expoſuit, quas etiam eodem anno ibi impreſſas teſtatur FABRICIUS *Biblioth. Latin. Tom. I. pag.* 182. edit. ERNESTI. In hujus autem *Conſolationis ad* MARCELLUM editione non apparet Typographi nomen, ſed adhuc ex JOH. PHILIPPI de LIGNAMINE officina prodiiſſe patet. Olim exſtitit apud GAGNAT *indicis num.* 1510.

tices cum praefat. Joh. Philippi de Lignamine ad Sixtum IV.... *Romae in domo nobilis viri Joh. Philippi de Lignamine* ... MCCCCLXXV. *die vigesima nona mensis maji* in fol. (*rr*).

JOHAN. DE TURRECREMATA tractatus de aqua benedicta, & ejusdem repetitiones super quibusdam propositionibus Augustini de Roma ... *Impressit Magister Bartholomaeus Guldinbeck de Sultz, regnante Sixto IV. Pont. Max. anno ejus V.* MCCCCLXXV. in fol. (*ff*).

M. TERENTIUS VARRO de lingua Latina, edente Pomponio Laeto; Nonius Marcellus de proprietate sermonis, & Pompeius Festus de collectaneis priscorum verborum... *Romae sub Sixto IV. Pont. Max. an.* MCCCCLXXV. in fol. (*tt*).

S. BIRGITTAE revelationes, ac prophetiae... *Arte, ac diligentia, & charactere polito, & emendato Mag. Eucharii*

(*rr*) Apud S. Mariam de Populo.

(*ff*) Ex DOMINICO MANNIO *Biblioth. med., & infimae Latinit. Tom. IV. pag.* 163.

(*tt*) Ita ex *Catalogo* DOM. GHIENSON Angli impr. *Liburni ann.* 1756. *in* 8. *pag.* 622.

Franch in urbe Romana . . . die I. menſis octobris an. MCCCCLXXV. in 4. (*uu*).

PETRI DE ANCHARANO opus de conſtitutionibus ſuper Capitulo *Canonum* ſtatuta . . . *Impr. Romae die veneris tertia menſis februarii*. MCCCCLXXV. in fol. (*xx*).

MCCCCLXXVI.

S. THOMAE AQUINATIS quaeſtiones diſputatae . . . *Impr. Romae per Arnold. Pannartz in domo Petri de Maximis* MCCCCLXXVI. *die XX. januarii*. in fol. (*a*).

NICOLAI PEROTTI rudimenta Grammaticae

(*uu*) Ita refertur a MAITTAIRIO *pag.* 358., ſed nihilo ſecius mihi ſuſpecta videtur. Hucuſque enim nihil apparuit, quod ex officina EUCHARII FRANK ante annum 1480. prodierit. MAITTAIRE ergo an. 1475. potuit legere pro an. 1485., quo anno reipſa liber ille editus eſt.

(*xx*) Character videtur eſſe REINHARDI de ENYNGEN. Exſtat apud S. Mariam de Populo.

(*a*) Operi praefationem praemiſit ad Cardinalem MARCUM BARBUM JOH. FRANCISCUS BEATUS Venetus ex ordine Praedicatorum, cujus vitam ſcripſit PATER DE AUGUSTINIS *Tom. II. ſcriptor. Venetorum pag.* 375. Sacras litteras medio XV. Saeculo docuerat apud Patavinos, ac Piſanos. Hanc autem praefationem retulit *Catalogus Smith. pag.* 162.

ticae ... *In alma urbe Roma in domo nobilis viri Petri de Maximis non atramento ... per Mag. Arnold. Pannartz* MCCCCLXXVI. *die vero XXV. menſis februarii*. in fol. (*b*).

S. HIERONYMI epiſtolarum operis pars prima ... *In domo Petri de Maximis juxta Campum Florae, praeſidente Mag. Arnoldo Pannartz* MCCCCLXXVI. in fol. (*c*).

Pſalterium Card. JOH. DE TURRECREMATA ... *Sedente Sixto IV. per providum virum Magiſt. Lupum Gallum fratrem Magiſtri Uldarici Galli de Bienna, anno Dom. milleſ. quadring. ſeptuag. ſexto, die vigeſima prima menſis februarii*. in fol. (*d*).

(*b*) Hanc ex fide auctorum refero, licet mihi valde ſuſpecta ſit ipſius exiſtentia; vix enim credibile eſt tam celerem fuiſſe hujus libri venditionem, ut nonobſtantibus ejuſdem apud alios Typographos editionibus coactus fuerit PANNARTZ tres continuo, annis ſcilicit 1473., 1474., & 1476., emittere editiones.

(*c*) Ultimus hic eſt liber, qui ex officina PANNARTZ exierit. Secundam vero partem ex eodem prorſus charactere impreſſit GEORGIUS LAVER anno 1479.

(*d*) Ex charactere ULRICI GALLI. Punctuatio quidem eſt incommoda, & deformis. Exſtat vero in Bibliotheca Corſiniana, Aracaelitana, Angelica, & apud S. Mariam de Populo.

DINI MUGELLANI regulae juris ... *Romae apud S. Marcum* MCCCCLXXVI. in fol. (*e*).

TITO LIVIO volgarizzato da Ruggero Ferrario ..., *Regnante il santissimo & beatissimo Padre Xisto Pontefice Maximo, in quinto anno del suo felice pontificato a dì XXX. di maggio nel anno dell' incarnatione di Christo* MCCCCLXXVI. *fu impressa la presente Deca* (quarta) *nella Città di Roma apresso il palazzo di San Marco.* in fol. Tomi tres (*f*).

Chro-

(*e*) Editio haec ita refertur a SCHELHORNIO *in Amoenitat. histor. litterariae Tom. III. pag.* 132.

(*d*) Praemiserunt editores epistolam ad AUGUSTINUM MAFFEIUM, quam retulit *Index Schmidianus pag.* 327., & in fine alia est etiam pariter a SCHMIDIO relata, in qua dicitur 800. *exemplaria illius cusa fuisse*. Tum ad calcem exstat insuper distichon POMPONII LAETI ad MAFFAEIUM. Primus est ex libris Romae XV. saeculo excusis, in quo habeatur index erratorum corrigendorum. Exstat in Bibliotheca Vaticana, & ex *Capponiano legato hujus indicis pag.* 406., tum apud S. Mariam de Populo, & in Angelica.

PETRI de APPONO tractatus de venenis... *Impr. Romae* MCCCCXC. in 4. (*e*)

PTOLEMAEI geographia cum tabulis aere incisis.... *Impressum, & completum fuit Romae an. a nativit. Dom.* MCCCCXC., *die IV. novembris, arte, ac impensis Petri de Turre.* in fol. (*f*)

Formulae instrumentorum ad usum curiae Romanae... *Impr. Romae Stephanus Plannk* MCCCCXC. in 4. (*g*)

PAULUS POMPILIUS de vita Senecae... *Impr. Romae* MCCCCXC. in 4. (*h*)

ALEXANDRI BENEDETTI ex Legnano in territorio Veronensi libellus de febre pestilenti... *Impr. Romae* MCCCCXC. in 4. (*i*)

PETRI de VICENTIA Episc. Caesenatensis (*k*) ora-

(*e*) In Angelica Bibliotheca.

(*f*) Advertentia defecit MAITTAIRIUS eam dicens *impressam XV. die novembris*. Eaedem sunt tabulae, eodemque numero, ac in editione anni 1478. Exstat in selectissimo museo Abbatis DE ROSSI jam supra laudato.

(*g*) *Indicis* Biblioth. Tellerianae pag. 170.

(*h*) Ex *Catalogo* Biblioth. Meaddianae impr. *Londini* 1754. pag. 150. Exstat alia ejusdem libri editio anni 1480.

(*i*) Ex MAZZUCHELLIO in opere inscripto: *Scrittori Italiani Tom. II. Part. II. pag.* 811.

(*k*) PETRUS SUCIUS, vernacula lingua *de' Sozzi*, patria

oratio pro expeditione contra infideles habita jussu Innocentii VIII. anno 1490. ... *Impr. Romae* MCCCCXC. in 4. (*l*)

MCCCCXCI.

SEXTI RUFI libellus de Romana historia... *Impr. Romae Euchar. Silbert die augusti XXII.* MCCCCLXXXXI. in 4. (*a*)

LAURENTII BONINCONTRII Miniatensis opus de annorum revolutionibus astrononomicis ... *Impr. Romae* MCCCCXCI. in 4. (*b*)

STEPHANI THEGLIATII Patracensis Archie-

patria Romanus, origine Modoetia, sive Monza, qui de Vicentia dictus est, quod ibidem ejus avus quandoque domicilium habuerit. Vide, quae de eo differuit PETRUS ALOYSIUS GALLETTIUS Abbas Casinensis in praefatione ad Orationem funebrem, quam in obitu ejusdem PETRI de VICENTIA habuit THOMAS PHAEDRUS INGHIRAMIUS, quamque GALLETTIUS edidit in Tomo III. *Anecdotorum* Romae editorum *pag.* 179., & JOH. ANGELO BRASCHIO Cardin., nunc PIO VI. P. O. M. dedicavit.

(*l*) Ex catalogo Telleriano pag. 385.

(*a*) Ex catalogis Meaddiano *pag.* 150., & DOM. DE ROTHELIN num. 4909.

(*b*) De auctore jam dictum est ad ann. 1484. pag. 257. adn. (*b*). Exstat autem in Bibliotheca Vaticana num. 9537.

chiepiſcopi oratio de paſſione Domini.... *Impr. Romae* MCCCCLXXXXI. in 4. (*c*)

Plinius de viris illuſtribus cum quibuſdam Senecae opuſculis.... *Impr. Romae* MCCCCXCI. (*d*)

Regulae cancellariae Apoſtolicae ſub Innocentio VIII. *Impreſſ. Romae per Stephanum Plank* MCCCCXCI. in 4. (*e*)

De arte notarii tractatus... *Impr. Romae Stephanus Plank* MCCCCXCI. in 4.(*f*)

Pro tabellionibus inſtructiones... *Impr. Romae Stephanus Plank* MCCCCXCI. in 4. (*g*)

Columella de hortorum cultura.... *Impr. Stephanus Plank Romae* MCCCCXCI. in 4. (*h*)

Celsi Maphaei Veronenſis monumentum compendioſum pro confeſſionibus Cardinalium, & Praelatorum... *Impr. Romae* MCCCCXCI. in 4. (*i*)

(*c*) In Bibliotheca Vaticana num. 10357.

(*d*) Ex catalogo DOM. DE ROTHELIN num. 4909.

(*e*) Ex catalog. Bibliothecae Card. JOSEPHI RENATI IMPERIALIS pag. 99.

(*f*) In Angelica Bibliotheca.

(*g*) Ibidem.

(*h*) Ibidem.

(*i*) Ex FABRICIO *Biblioth. med. latinit. Tom. I. pag.* 366.

BERNARDI BASINI (*k*) concio habita Romae coram Cardinalibus anno 1491.... *Impr. Romae an.* MCCCCXCI. in 4.

SULPITII Verulani opus de componendis, & ornandis epistolis ... *Impr. Romae anno* MCCCCXCI. in 4. (*l*)

MCCCCXCII.

HERMOLAI BARBARI (*a*) castigationes Plinianae priores. *Impressit Eucharius Argenteus Germanus Romae* MCCCCXCII. *octavo kal. decembris* ... in fol. (*b*)

SEXTI RUFI opusculum de gestis Romanorum... *Impress. Romae Stephanus Plank* MCCCCXCII. in 4. (*c*)

ARISTOTELIS politica latine cum commentar. Ludovici de Valentia ordinis Praedica-

(*k*) Canonicus erat Caesaraugustanus in Hispania, qui floruit sub finem XV. saeculi.

(*l*) Extat in Angelica Bibliotheca.

(*a*) POMPONII LAETI discipulus, pro Veneta republica ad INNOCENTIUM VIII. Orator fuit, & obiit prope Romam anno 1493. aetatis suae 39.

(*b*) Anno sequenti auctiores, quas secundas appellavit, castigationes in PLINIUM edidit.

(*c*) Ex MAITTAIRIO *pag.* 544., & FABRICIO *Biblioth. med. latinit. Tom. VI. pag.* 134.

dicatorum ... *Impr. Romae per Eucharium Silbert, alias Frank, XIIII. kal. auguſti* MCCCCXCII. in fol. (*d*)

ARISTOTELIS ethica ex verſione Joh. Argirophili ... *Impr. Romae per Eucharium Silbert* ... MCCCCXCII. *kal. ſeptembris*. in fol. (*e*)

JOH. MARIAE CATANAEI (claruit ann. 1500.) juris conſulti Mantuani oratio ad Alexandrum VI. ... *Impr. Romae* MCCCCXCII. in 4. (*f*)

BERNARDINI de CARAVAIAL Epiſcopi Saguntini, & poſtea Cardinalis S. Crucis oratio habita pro Rege Ferdinando, & Eliſabetha Hiſpaniarum Regibus de obedientia praeſtanda Alexandro VI. *Impr. Romae* MCCCCXCII. in 4. (*g*)

CAROLI VERARDI Caeſenatis, & cubicularii Pontificii (*h*) hiſtoria Baetica, ſeu expu-

(*d*) Refertur exemplar in *Indice* DOM. DE GAGNAT num. 835. in membranis excuſum.

(*e*) In fine legitur epiſtola quaedam curioſa ſpectans ad Academiam Romanam. Exſtat apud S. Mariam de Populo.

(*f*) In Bibliotheca Vaticana num. 10479.

(*g*) Ibidem num. 10511.

(*h*) Exſtat ejus monumentum ſepulcrale Romae in Eccle-

pugnatio Regni Granatae dialogice ſcripta ... *Impr. Romae* MCCCCXCII. in 4. (*i*)

Lucani Cordubenſis poetae Pharſalia vulgari ſermone metrico translata per Dom. Ludovic. de Montichiello Cardinalem .... *Impr. Romae Eucharius Silbert ann.* MCCCCXCII. *die X. menſis januarii.* in 4.(*k*)

Regulae Cancellariae Apoſtolicae ſub Alexandro VI.... *Romae Eucharius Silbert* MCCCCXCII. in 4. (*l*)

Nicolai Tigrinii oratio pro Lucenſibus ad Alexandrum VI. *Impr. Romae* MCCCCXCII. in 4.

Sebastiani Baduarii oratio ad eumdem pro Venetis... *Romae* MCCCCXCII. in 4. Ja-

cleſia S. Tryphonis Fratrum Eremitarum Auguſtinenſium, quod retulit laudatus GALLETTIUS loc. ſuperius citato pag. 185.

(*i*) Scenis repraeſentata, ludiſque Romanis acta eſt hoc anno, praeſidente INNOCENTIO VIII. *XI. kal. maji*. Immerito prima editio Romana hujus opuſculi dicitur facta an. 1494. a FABRICIO *Biblioth. med. latinit. Tom. I. pag.* 353. Exſtat in Bibliotheca Vaticana n. 8065.

(*k*) De hac Pharſaliae LUCANI verſione fuſe diſſeruit P. PAITONIUS in *Biblioth.*, quae inſcribitur: *Degli autori volgarizzati*; ſed accurate deſcribitur a GUILLELMO DEBURE *Bibliogr. inſtruct.* num. 2791.

(*l*) Ex catalog. Bibliothecae Cardinalis JOSEPHI RENATI IMPERIALIS pag. 99.

JACOBI SPINOLAE oratio ad eumdem . . . *Romae* MCCCCXCII. in 4.

ANTONII GALEACII BENTIVOLI oratio ad eumdem pro Bononienſibus . . . *Romae* MCCCCXCII. in 4.

GENTILIS Epiſcopi Aretini oratio ad eumdem pro Florentinis . . . *Romae* MCCCCXCII. in 4.

Obedientia publica Senenſium Alexandro VI. . . . *Romae* MCCCCXCII. in 4. (*m*)

MCCCCXCIII.

HERMOLAI BARBARI ſecundae caſtigationes Plinianae; item emendatio in Pomponium Melam, in Senecam, in Quintilianum, & Columellam, una cum expoſitionibus ... *Impreſſit Eucharius Argenteus Germanus Romae idibus februarii* MCCCCXCIII. in fol. Tomi duo (*a*).

BARTHOLOMAEI SIBYLLAE Monopolitani Theologiae profeſſoris ſpeculum peregri-

(*m*) Singulae iſtae orationes conſtant ex Biblioth. regia Galliae *Catalogi Tom. I. humanior. litterar. pag.* 158.

(*a*) Primam partem harum caſtigationum ediderat anno praecedenti. De utraque autem vide APOSTOLUM ZENUM *in diſſertat. Voſſianis parte II. pag.* 371.

narum quaeſtionum ad Alfonſum Aragoniae, Ducem Calabriae ex Theologis, Juriſperitis, Philoſophis, & Aſtronomis concinnatum... *Impr. Romae* MCCCCXCIII. in 4.

Commentar. ſuper diſtinct., & ſuper decretales ... *Impr. Romae* MCCCCXCIII. in fol. Tomi tres (*b*)

HIEROCLES in verſus aureos Pythagorae ex verſione Johannis Auriſpae... *Impr. Romae per Johannem Beſichen, & Sigiſmundum Mayer* .. MCCCCXCIII. in 4.

NICOLAI MARIAE ESTENSIS, Epiſcopi Adriae oratio pro Hercule Eſtenſi Duce Ferrariae ad Alexandrum VI. una cum epiſtola ad eumdem... *Impr. Romae per Stephanum Plank* MCCCCXCIII in 4. (*c*)

Ejuſdem altera editio... *Impr. Romae per Andream Fritagium* MCCCCXCIII. in 4. (*d*)

HERODIANI hiſtoriarum libri VIII. ex ver-

(*b*) Ita refertur a SAUBERTO *Bibliothecae Norimberg. pag.* 180.

(*c*) In Bibliotheca Vaticana num. 10511.

(*d*) Editio haec, cujus penitus a me Typographus ignoratur, ita recenſetur in *Indice Biblioth. regiae Galliae Tom. I. pag.* 158.

verſione Angeli Politiani... *Impr. Romae die XX. junii* MCCCCXCIII. in fol. (*e*)

MATHAEI de LUCHA dialogus de diebus criticis.... *Impr. Romae* MCCCCXCIII. in 4. (*f*)

PETRI GRAVINAE Panormitani oratio de aſcenſu Chriſti ad Caelos coram Alexandro VI. die XVI. martii... *Impr. Romae* MCCCCXCIII. in 4. (*g*)

M. MONTANI Epiſcopi Rhodii oratio pro Rhodiis ad Alexandrum VI.... *Impr. Romae* MCCCCXCIII. in 4.

BENVENUTI a S. Georgio oratio pro Marchione Montisferrati ad Alexandrum VI.... *Impr. Romae* MCCCCXCIII. in 4.

HIERONYMI PORCII Romani, Rotae primi auditoris, orationes nomine principum, & rerumpublicarum Italiae ad Alexandrum

(*e*) Praemittuntur operi octo folia, quae exhibent opuſcula operi praeliminaria. Deſcribitur a GUILLELMO DEBURE *Bibliogr. num.* 4940.

(*f*) Ita LEICHIUS *in ſupplemento ad* MAITTAIRII *annales pag.* 135.

(*g*) In fine exſtat in laudem auctoris epigramma LEONARDI CORVINI Epiſcopi Peluſini. Exſtat in Angelica Bibliotheca.

drum VI.... *Impr. Romae Eucharius Silbert* MCCCCXCIII. in 4. (*b*)

MCCCCXCIV.

VEGETIUS de re militari ... *Impr. Eucharius Silbert Alamannus XXIIII. octobris* MCCCCXCIV. in 4.

FRONTINI ſtratagemata, & MODESTUS de re militari: omnes ex edit. Johannis Sulpitii Verulani ... *Eucharius Silbert impreſſit tertio novembris* MCCCCXCIV. in 4.

CAROLI VERARDI hiſtoria Baetica de obſidione urbis Granatae a Ferdinando Rege Hiſpaniae ad Cardin. Raphaelem Riarium... Editio 2. Romana ... *Impr. Romae an.* MCCCCXCIV. in 4. (*a*)

Formularium inſtrumentorum, ſeu ars notariatus... *Impr. Romae* MCCCCXCIV. in 4.

Vocabularium juris... *Finit feliciter per Ste-*

(*b*) Conſtant tres poſtremae editiones ex Biblioth. regia Gallae *Indicis hunan. litterar. Tom. I. pag.* 159.

(*a*) Editio haec auctior eſt ea anni 1492. BARTHOLINUS VERARDUS auctoris nepos prooemium metricum adjecit. Vid. quae ſuperius dicta ſunt ad eumdem annum adnot. (*b*) pag. 275.

Stephanum Plank die VI. februarii MCCCCXCIV. in fol.

PETRI CARAE oratio ad Alexandrum VI. pro Carolo I. Sabaudiae habita die 29. maji 1494.... *Impr. Romae* MCCCCXCIV. in 4. (*b*)

MCCCCXCV.

JOH. ANTONII CAMPANI opera, edente Michael Ferno Mediolanenſi ... *Characteribus Venetis impreſſum Romae per Euchar. Silber, alias Frank unius ipſius Michaelis Ferni Mediolanenſis cura, correctione, & impenſa an. chriſtianae ſalut.* MCCCCXCV. *pridie kalend. novembris*. in fol. (*a*)

ALE-

(*b*) Praeeſt epiſtola GUILLELMI VARRONIS Vercellenſis, Senatoris Taurinenſis ad Senatum Taurinenſem, in qua inter innumera POMPONII LAETI elogia appellatur Togatorum eruditiſſimus.

(*a*) Hinc editioni varias praemiſit epiſtolas FERNUS. In fine legitur epigramma contra Typographos Romanos, quod incipit: *Vis ex ſtulto demens, idemque ex demente inſanus fieri, libros primus Romae imprime &c.* In fine etiam haec habentur: *An nondum tibi ſatis perſpectus eſt Campanus, eme, exere, excute illos tuos, tuos illos carioſi nummi loculos. Deprome quantum depoſcit Bibliopola: nam ſi poeniteat (niſi ineruditus) duplum vult repen-*

ALEXANDRI VI. regulae Cancellariae Apoſtolicae... *Impr. Romae* MCCCCXCV. in 4. (*b*)

Sermo habitus Romae in eccleſia S. Petri die palmarum an. 1495. coram Alexandro VI. per Leonellum de Chieregatis Epiſcopi Concordienſis... *Impr. Romae* (ex charactere *Silbert*) *ann.* MCCCCXCV. in 4. (*c*)

ARISTOTELIS politicorum libri VIII. latine cum comment. D. Thomae Aquinatis... *Impr. Romae Euchar. Silbert* MCCCCXCV. in fol. (*d*)

HIEROCLES in verſus aureos Pythagorae ex verſione Johan. Auriſpae (*e*)... *Impr. Ro-*

pendere; *ſed eme*. Editio haec prima eſt, ac originalis, quam Veneta annis paucis ſubſecuta eſt. Aliqui hoc anno prodiiſſe etiam Venetiis affirmarunt decepti his verbis *characteribus Venetis*. Sed immerito, ſicut etiam ſe ipſum decepit FREYTAGIUS, cum *Analector. litterar. pag.* 196. editionem retulit anni 1476.

(*b*) In Bibliotheca Vaticana num. 10376.

(*c*) In Bibliotheca Angelica.

(*d*) Ex catalogo OSBORNII *Londini* impreſſo ann. 1753. *Tom. I. pag.* 152.

(*e*) Graecis, ac Latinis eruditus erat litteris AURISPA. Per multos annos commercio letterario uſus eſt cum

Romae an. MCCCCXCV. in 4. (*f*)

FELINI SANDEI Ferrarienſis (*g*) epitome de regno Apuliae, & Siciliae, edente Michaele Ferno cum ejus epiſtola ad Alexandrum VI.... *Impr. Romae* MCCCCXCV. in 4. (*h*)

LAUDINII libellus de vita S. Hieronymi ad Franciſ. Beltrandum Barchinonenſem... *Impr. Romae* MCCCCXCV. in 4. (*i*)

CORNELII TACITI hiſtoriae... *Impr. Romae* MCCCCXCV. in fol. (*k*)

LIP-

---

cum PHILELPHO: quare ad ipſum ſingularis habetur epiſtola, quam PHILELPHUS ad ipſum ſcribit *libro III. epiſtolar. pag.* 22. edit. *an.* 1502: *Totus es in librorum mercatura, ſed in lectura mallem; quod ſi faceres, longe melius & tibi, & Muſis conſultum eſſet. Quid enim prodeſt libros quotidie nunc emere, nunc vendere, legere vero numquam &c.*

(*f*) Ex MAITTAIRIO pag. 603. Erat alterum in *Thuana Parte II. Indicis pag.* 2.

(*g*) FERNUS alteram etiam praefixit epiſtolam ad POMPONIUM LAETUM, *datam idibus aprilis an.* 1495.

(*h*) Ex charactere EUCHARII SILBERT. Exſtat in Bibliotheca Corſiniana.

(*i*) Ex LEICHIO *in ſupplemento Maittairii pag.* 136., & FREYTAGIO *apparatus litterar. Tom. I. pag.* 191.

(*k*) FABRICIUS *Biblioth. Latinae libr. II. editionis* ERNESTI *Tom. II. pag.* 394. hanc fictitiam affirmare non

MCCCCXCVI.

LIPPI AURELII BRANDOLINI oratio coram Alexandro VI. de Chriſti virtutibus in ſua paſſione nobis exhibitis ... *Impr. Romae* MCCCCXCVI. in 4. (*a*)

STEPHANI THEGLIATII Archiepiſcopi Patracenſis oratio coram Alexandro VI. in die omnium Sanctorum an. 1496.... *Impr. Romae* MCCCCXCVI in 4. (*b*)

Libellus de ſtationibus urbis... *Impr. Romae Stephanus Planck XIIII. martii an.* MCCCCXCVI. in 8.

S. BONAVENTURAE ſermones tam de tempore, quam de ſanctis.... *Impr. Romae* MCCCCXCVI. in fol. (*c*) S. ATHA-

non dubitat. Aſt TIRABOSCHIUS *Tom. II.* operis inſcripti: *Storia della letteratura Italiana pag.* 399. eam tamquam exſiſtentem in Bibliotheca Sereniſſimi Ducis Mutinenſium appellat.

(*a*) Ex Barberinae Bibliothecae *Indicis Tom. I. pag.* 184. De hac editione nihil attigit AUGUSTINUS MARIOTTIUS, qui hanc orationem Italica lingua reddidit, & excudendam curavit Romae anno 1767., contentus commemoraſſe dumtaxat Romanam alteram editionem, quam anno 1596. peregit ALDUS MANUTIUS JUNIOR.

(*b*) In Angelica Bibliotheca.

(*c*) Ita poſt CASIMIRUM OUDINUM MAZZUCHELLIUS in opere inſcripto: *Scrittori Italiani Tom. II. parte VI. pag.* 2364.

S. ATHANASII enarrationes in Pauli epistolas ex versione Christophori Personae ... *Impr. Romae* MCCCCXCVI. in fol. (*d*)

QUINTILIANI oratoriae institutiones... *Impr. Romae* MCCCCXCVI. in fol. (*e*)

MCCCCXCVII.

BERNARDINI de CARAVAIAL Cardinalis oratio in obitum Hispan. Regis, ex Hispanico translatore Garzia Bodavilla ... *Impr. Romae* MCCCCXCVII. in 4. (*a*)

FLAVIUS VEGETIUS, & alii de re militari scriptores ... *Impr. Romae Eucharius Silbert, septimo idus junii* MCCCCXCVII. in 4. (*b*)

ANNII Viterbiensis (*c*) antiquitatum volumina XVII. ... *Impr. Romae per Eucharium*

(*d*) Editionem hanc una cum supposititia anni 1469. credo annumerandam. Ita etiam credidere LABBAEUS, & MAITTAIRE *pag.* 621.

(*e*) ERNESTUS in nova edit. *Biblioth. Latinae Fabricii Tom. II. pag.* 269. hanc recenset editionem, sed postea bona fide confitetur, se eam vidisse numquam.

(*a*) In Bibliotheca Vaticana num. 10357.

(*b*) Ita FABRICIUS *Biblioth. Latin. edit. an.* 1773. *Tom. II. pag.* 373.

(*c*) Obiit Romae anno 1502.

rium Silbert MCCCCXCVII. in fol. (*d*)

Pontificale Romanum ex editione Jacobi de Luciis Epiſcopi Cajacenſis ... *Impr. Romae per Stephanum Plank XVI. auguſti an.* MCCCCXCVII. in fol. (*e*)

MCCCCXCVIII.

Mariani Genazanensis oratio de paſſione J. Chriſti coram Alexandro VI.... *Impr. Romae* MCCCCXCVIII. in 4. (*a*)

Annii Viterbienſis ex ord. Praedicatorum commentar. ſuper varia antiquorum opera ... *Impr. in campo Florae per Eucharium Silbert, alias Frank* MCCCCXCVIII. *Pars prima die X. menſis julii. Pars ſecunda die III. auguſti.* in fol. (*b*)

Pe-

(*d*) Ita MAITTAIRE *pag.* 654., ſed quidquid poſt Scriptores ord. Praedicatorum dixerit pro probanda hujus exiſtentia, ſemper verum erit originalem, ac primam eſſe editionem anni ſequentis.

(*e*) Reimpreſſio eſt editionis anni 1487.

(*a*) Ita ex catalogo LOESCHERII impr. *Dreſdae an.* 1751. *in* 8. *Parte II. pag.* 753.

(*b*) Haec editio eſt prima horum JOHANNIS NANNII commentariorum, ut epiſtolam praefixam legenti patebit. Exſtat in Bibliotheca Angelica, & apud S. Mariam de Populo.

MCCCCXCIX.

PETRI PINTORIS (*a*) Valentini ex Hiſpania aggregator ſententiarum Doctorum omnium de curatione, & praeſervatione peſtilentiae ... *Impr. Romae Eucharius Silbert die XX. februarii*. MCCCCXCIX. in fol. (*b*)

ALBERTUS MAGNUS de ſecretis mulierum cum commentar... *Impr. Romae die VIII. julii* MCCCCXCIX. in 4.

ANTONINI PII itinerarium ... *Impr. Romae an.* MCCCCXCIX. in 4. (*c*)

ANNII Viterbienſis commentar. ſuper varia antiquorum opera ... *Impr. Romae per Eucharium Silbert* MCCCCXCIX. in fol. (*d*)

For-

(*a*) Erat medicus ALEXANDRI VI., ſepultuſque eſt apud S. Onuphrium juxta MANDOSIUM *de Archiatris Pontificiis pag.* 189.

(*b*) In Bibliotheca Vaticana num. 9153.

(*c*) In Bibliotheca Barberina *Indicis Tom. I. pag.* 56.

(*d*) Catalogi multi, inter quos *Barberinae Biblioth. Tom. I. pag.* 140. *Tom. II. pag.* 16., 105., 203., 373., & 582. novam hanc referunt editionem ſuppoſititiam; nihil enim eſt praeter fraudem Typographi, qui mutatis primo, & ultimo folio editionis anni praecedentis, ejus loco falſam anni notam adjicere non dubitavit.

Formularium procuratorum pro Romana Curia... *Impensa, & opera Eucharii Silbert, alias Frank Romae* MCCCCXCIX. *decimo septimo kal. junii*. in 4. (*e*)

MD.

De origine urbis Romae, de ecclesiis & stationibus urbis... *Impr. Romae anno* MCCCCC. in 8. (*a*)

De memorabilibus urbis Romae, de ejus templis, stationibus, reliquiis, ac indulgentiis, una cum figuris ligno incisis. Lingua vero Germanica opus imprimitur... *Impr. Romae per Johan. Besiken, & Martinum Amsterdam* M.D. in 8. (*b*)

Libellus precum S. BIRGITTAE... *Impr. Romae an.* M.D. in 8. (*c*)

(*e*) Ex *Biblioth. Uffembachiana* impr. *anno* 1730. *in* 8. *Tom. II. pag.* 44.

(*a*) Ex Biblioth. Menarsiana pag. 460.

(*b*) Accurate describitur apud JUNGENDRES *in disquisitione de notis characteristicis libror. XV. saeculi*, impr. *Norimbergae in* 4. *an.* 1740. *pag.* 43., ibique ipse STEPHAN. PLANK auctor libri appellatur.

(*c*) Ex eodem JUNGENDRES pag. 44.

IN-

INDEX
EDITIONUM ROMANARUM
XV. SAECULI

Nulla anni, aut Typographi nota signatarum.

Epistola Pii II. ad Turcarum Imperatorem, quae incipit: *Pius Papa secundus eloquentissimus, qui obiit anno* 1464. *in Anchona, dum proficisci proposuerit contra Turchas*. Ex charactere majori quadrato in 4. ex 43. foliis (1).

Pii II. Tractatus de captione urbis Constantinopoleos. in 4. (2)

Lamentatio Nigripontis ad Dom. Card. Nicaenum (Bessarionem) de captione urbis

T

(1) Nascente Typographia, & quidem Moguntiae apud SCHOIFFERUM, aliisque in Germaniae locis, edita est haec epistola, sed illarum editionum character toto caelo differt ab eo, ex quo haec nostra coaluit. Rudis quidem est character, sed non inelegans omnino, hocque crederem fuisse primum ULRICI HAN tentamen Typographicum, cum certa quaedam appareat cum suo charactere analogia. Igitur 43. foliorum tantum est, & quaelibet pagina est 27. linearum. Exstat apud S. Mariam de Populo.

(2) Ex quatuor tantum plagulis, & quaelibet pagina est 29. linearum.

bis Conſtantinopolitanae. in 4. (3)

QUINTUS CURTIUS de geſtis Alexandri Magni ex edit. Pomponii Laeti... *Pomponius noſtro tempore correxit, & Georgius Laver impreſſit.* in fol. (4)

M. TERENTIUS VARRO de lingua Latina ex edit. Pomponii Laeti, una cum hujus epiſtola ad Bartholomaeum Platinam. in fol. (5)

POMPEIUS FESTUS de interpretatione verborum, edente eodem Pomponio... *Pomponius correxit. Vale qui legeris.* H.G. in fol. (6)

PORPHYRIONIS, & ACRONIS explanationes in odas, & poeticam Horatii, edente Aloyſio Tuſcano. in fol. (7)

CAII

(3) Ex quatuor pariter foliis, quaelibet vero pagina eſt 30. linearum, & utriuſque editionis exemplar reperitur apud S. Mariam de Populo.

(4) Quaelibet pagina eſt 32. linearum, & terminatur allata ſubſcriptione. Exſtat apud Abbatem DE ROSSI. Editio haec vere originalis eſt, ac prior ea, quae etiam abſque anni nota vulgata eſt a VINDELINO de SPIRA, & rariſſimis libris eſt annumeranda.

(5) Prima etiam editio eſt VARRONIS. Fronti operis praeeſt laudata epiſtola cum indice ampliſſimo. Exſtat etiam in Muſeo Abbatis DE ROSSI.

(6) Has litteras ſignificare exiſtimo *Habe Gratias*. Editio etiam haec eſt princeps. Exſtat ibidem.

(7) Editio haec originalis exſtat apud S. Mariam de Populo.

CAII JULII SOLINI rerum memorabilium collectanea. Modestus de re militari. De magistratibus urbis, & de legibus. in 4. (8)

LUCIANI Samosatensis dialogi aliqui in Latinum versi per diversos auctores, inter quos Seraphin Urbinas, & Rinutius, cujus praeest epistola ad Card. L. de Columna. in 4. (9)

Sermones Sancti JOHANNIS CHRYSOSTOMI e Graeco in Latinum versi (probabiliter a Francisco Aretino) ... in fol. (10)

S. THOMAE AQUINATIS quaestiones quodlibeticae ... in fol. (11)

RODERICI ZAMORENSIS speculum vitae humanae ... in fol. (12)

(8) Quaelibet pagina est 26. linearum. Exstat apud S. Mariam de Populo.

(9) Quaelibet pagina est 24. linearum; & exstat ibidem.

(10) Hujus editionis descriptionem jam exhibui sub anno 1470. pag. 162. Initio exstat index VIII. foliorum.

(11) Describitur a GUILLELMO DEBURIO *in indice Dom. de* GAGNAT impr. *Parisiis* 1769. *num.* 263. *pag.* 74. *Tom. I.*, addita hac observatione: *Editio vetus absque anni, ac loci indicatione, sed ex charactere* GEORGII LAVERI *anno* 1470.

(12) Hunc primum fuisse a LAVERO librum editum exi-

Poggii facetiarum liber. in 4. (13)
Aeneae Silvii epistolae in Cardinalatu edi-

existimo in *Monasterio S. Eusebii*. Exstabat olim apud *Dom. de* GAGNAT *indicis num.* 888. Occasione hujus editionis *Speculi Zamorensis* observandum venit, non satis tuto asseruisse virum Cl. JOSEPHUM VERNAZZAM in nupero ejus opusculo, cui titulus: *Lezione sopra la stampa &c. in Cagliari nella stamperia reale an.* 1778. *in* 8. *ex* 40. *paginis pag.* 9., *&* 10. editionem peractam absque anni, & loci nota a CHRISTOPHORO BEYAMO in *Savilliani* oppido (ut ipse ait, sed non probat) vulgatam fuisse ante exitum anni 1471., quod habeat praefationem ad PAULLUM II., eosdemque versus, quos exstare diximus pro coronide *edit. anni* 1468., solo mutato Typographi nomine; siquidem praefatio illa, & versus illi (in quibus de PAULLO II. agitur) reperiuntur tam in editione hic relata, & in altera anni 1473., quam in anteriori anni 1468. Poeta nimirum id tantum innuit, RODERICUM fuisse custodem *Castelli S. Angeli* sub PAULLO II. Hoc quidem bona dictum sit venia eruditissimi VERNAZZAE, quem tamen in philologica eruditione apprime versatum vel ex ipso opusculo agnoscere licet.

(13) Praemittitur epistola BERNARDI cujusdam senis ad militem RAYMUNDUM *Dominum* CASTRI AMBROSII. Haec autem una cum indice XI. folia priora occupat; deinde opus sequitur, quod 93 foliis continetur. Exstitit olim rarissima haec editio apud DOM. de LAURAGUAIS, ex quo migravit ad GAGNAT *indicis* num. 2129., ac in auctione pretio 72. librarum Galliae soluta fuit. Libri

editae una cum oratione ſua ad Turcarum Imperatorem. in 4. (14)

Roma Conſtantinopoli ſorori cariſſimae reſponſum editum a Nicolao de Valle. in 4. (15)

Conſilia, & allegationes LUDOVICI PONTANI Romani Protonotarii Apoſtolici tam ea, quae in urbe Roma, quam ea, quae Senis conſcripſit; omnia edente Joh. Baptiſta de Brendis Romano, & comite Palatino &c. Pars prima.

Eorumdem pars II. *impreſſa Romae apud S. Euſtachium in domibus Dominorum de Vulteriis ſcriptorum Apoſtolicorum*. in fol. max. (16)

Ejuſ-

bri omnes a numero 4. ad numerum hunc 13. certiſſime e praelo GEORGII LAVERI exiere ab anno 1470. ad initium anni 1472. Una enim eſt, ac tanta characterum conformitas inter ſe, ex quibus etiam aliqui LAVERI nomen praeſeferunt, ut id affirmari poſſit citra omne contradictionis periculum. Cur autem anni notam omiſerit, eruditiorum conjecturis enodandum relinquo.

(14) Ex charactere REYNARDI de ENYNGEN. Apud S. Mariam de Populo.

(15) Ex charactere JOH. PHILIPPI de LIGNAMINE. Exſtat in Biblioth. regia Galliae *T. I. human. litterar. p. 346.*

(16) Huic etiam editioni quaedam praemittuntur PONTANI orationes, qualis eſt ea, quam habuit in Concilio Conſtantienſi. Character autem apparet ADAMI ROTH. Exſtat apud S. Mariam de Populo.

Ejuſdem PONTANI ſingularia juris. in fol. max. (17)

PHILIPPI de FRANCHIS de Imola lectura ſuper titulo de appellationibus. in fol. (18)

Tractatus ſuper controverſia Eccleſiae Conſtantienſis per JOH. SAVAGETUM dictae Eccleſiae Canonicum. Ejuſdem oratio lamentabilis ſuper turbatione Eccleſiae Conſtantienſis ad S. D. N. Papam Sixtum IV. in fol. (19)

AUGUSTINI DATHI ſcribae Senenſis elegantiolae. in 4. (20)

LUCIUS FENESTELLA de magiſtratibus Romanorum. in 4. (21)

Cardinalis PICCOLOMINEI Papienſis teſtamentum. in 4. (22)

FER-

(17) Ex eodem charactere, ac praecedens, & exſtat in eadem Bibliotheca.

(18) Ex eodem charactere, & exſtat ibidem.

(19) Ex eodem charactere, & ibidem. Pars prima eſt 18. folior., & ſecunda 14. foliorum.

(20) Ex charactere JOH. PHILIPPI de LIGNAMINE circa annum 1480. Ex 40. foliis. Exſtat in Bibliotheca Aracaelitana.

(21) Ex eodem charactere, ex 42. foliis, & 23. lineis pro qualibet pagina.

(22) Ex eodem charactere, & ex quatuor tantum plagulis. Exſtat apud Dom. DE ROSSI.

FERNANDI Cordubenſis de Romani Pontificis auctoritate in rebus temporalibus, & de annatis ad Sixtum IV. in fol. (23)

GUNDISSALVI de VILLADIEGO utriuſque juris doctoris, & ſacri palatii cauſarum auditoris tractatus de Cardinalium excellentia ad Cardin. Rodericum de Borgia (poſtea Alexandrum VI.) in fol. (24)

Ejuſdem GUNDISSALVI tractatus contra haereticam pravitatem ad Regem Hiſpaniarum. in fol. (25)

TERENTII Comoediae ex antiquis codicibus editae, ac reſtitutae per Angel. Sabinum poetam laureatum. *Impr. per Johan. Hugonis de Gengenbach*. in fol. (26)

Provinciale omnium Eccleſiarum exemplatum a libro Cancellariae Apoſtolicae.

(23) Ex charactere ſplendido JOH. de GENGEMBACH. Quaelibet pagina eſt 34. linearum. Exſtat apud S. Mariam de Populo.

(24) Ex eodem charactere, & ex 16. tantum foliis. Exſtat apud S. Mariam de Populo.

(25) Ex eodem charactere, & ex 19. foliis. Anno 1485. JOH. de GENGEMBACH hoc charactere impreſſit *tractatum de legato* ejuſdem GUNDISSALVI. Exſtat apud S. Mariam de Populo.

(26) Exſtat in Biblioth. regia Galliae *Tom. I. human. litterar. pag.* 281.

Impr. ſub Innocentio VIII. in 4. (27)

M. VITRUVII libri de Architectura, edente Joh. Sulpitio Verulano una cum ejus epiſtola ad Lectorem, & alia ad Cardinal. Riarium, cui etiam adjungitur Julius Frontinus de aquaeductibus urbis Romae. in fol. (28)

ALEXANDRI ab ALEXANDRO Naepolitani juris conſulti (obiit Romae 1523.) Diſſertationes IV. de rebus mirabilibus. *Impr. Romae*. in 4. (29)

Epiſtola PII Papae II. ad Machumetem Principem Turcorum, una cum epiſtola reſponſiva Morbiſani magni Turci ad Pium II. data an. Machometis ſeptingenteſimo qua-

(27) Ex charactere EUCHARII SILBERT. Signatur a littera A ad S. II., & quaelibet pagina eſt 37. linearum. Exſtat in Biblioth. Alexandrina Archigymnaſii Sapientiae.

(28) Editionem hanc eſſe Romanam circa annum 1486., omnes fere conveniunt; norunt enim SULPITIUM *Academiae Pomponianae* ſocium multa edidiſſe opera Romae ſub finem XV. ſaeculi. Character etiam apparet eſſe EUCHARII SILBERTI, & in fine FRONTINI dicitur, *libellum hunc, cum eſſet mendoſiſſimus, Pomponius, & Sulpitius tanto ſtudio ſic emendarunt &c.* POMPONIUS autem Romae commorabatur. Utraque SULPITII epiſtola refertur in *Catalogo Smith. pag.* 342.

(29) Ita FABRICIUS *Biblioth. med. latinit. Tom. I. pag.* 61.

quadrageſimo quinto in introitu menſis haſten. in 4. (30)

ALPHONSI de SOTO Archidiaconi Civitaten., ac Theſaurarii Salamant., utriuſque juris Doctoris opuſculum in ordinationes, ad nobilem virum Ardicinum de la Porta Epiſcop. Alerienſem. in 4. (31)

AMBROSII CORANI ord. S. Auguſtini oratio habita coram Sixto IV. anno 1472. de Conceptione B. M. Virginis in templo S. Mariae de Populo. in 4. (32)

PETRI MARSI panegyricus in honorem S. Joh. Evangeliſtae coram Papa Innocentio VIII. in 4. (33)

MATHIAE CANALIS Ferrarienſis oratio in Paſſione Domini N. J. Chriſti ad Papam Innocentium VIII. in 4. (34)

LUDOVICI DONATI Epiſcopi Bergomenſis oratio habita in aedibus S. Auguſtini in die

(30) Ex charactere SILBERTI, & ex 46. foliis. Exſtat in Corſiniana Bibliotheca.

(31) Ex eodem charactere. Exſtat in Angelica Bibliotheca.

(32) Ex charactere eodem, & ibidem.

(33) Ex eodem charactere, & ibidem.

(34) Ibidem, & ex eodem charactere. Conſtant quinque foliis.

ejus festivo coram Cardinalibus. in 4. (35)

MARTINI de ARPETIA Theologiae magistri, & Protonotarii Apostolici oratio de passione Domini coram Alexandro VI. in 4. (36)

FR. ADAE de MONTALTO Januensis ex ord. S. Augustini passio Domini nostri heroicis carminibus reddita. in 4. (37)

---

(35) Ibidem, & ex eodem charactere. Quia autem in hac oratione dicit orator se hanc suscepisse de mandato Card. DESTOUTAVILLA, qui obiit an. 1483., ideo hanc XV. saeculo factam affirmo, ac impressam.

(36) Est contra Turcas. Exstat in Angelica Bibliotheca.

(37) Ex charactere STEPHANI PLANK. Constat 18. foliis, & reperitur ibidem.

SECUNDAE PARTIS FINIS.

IN-

INDEX RERUM
PRAECIPUARUM.

A

de Abano Petrus. *Vid.* de Apono.
Academia Romana. pag. 85., 93., 209., & 275.
Accoltus Franciſcus. *Vid.* Aretinus.
Aemilius Johannes. pag. 221.
Aeſium Typographiam cito obtinuit. pag. 98.
Alerienſis Johannes. *Vid.* de Buxis.
Amadutius Joh. Chriſtophorus laudatus. pag. 15.
de Amidanis Georgius Tibullus Typographus Romanus. pag. 115.
Amſterdam Martinus Typographus Romanus incertus. pag. 120.
de Ancharano Petrus. pag. 209.
de Ancona Auguſtinus. pag. 243.
de Apono Petrus. pag. 225.
Arabicae Typographiae primordia in Fano Fortunae. p. 13.
Aretinus Franciſcus. pag. 161.
Auriſpa Johannes. pag. 217., & 282.
Azzoguidius Balthaſſar primus inter Bononienſes Typographiam exercuit. pag. 48.

B

de Baglionis Bartholomaeus. pag. 201.
Barbarus Hermolaus. pag. 274.
de Bartholomaeis Henricus. pag. 195.
Baruffaldius Hieronymus Jun. notatus. pag. 135., 136., 194., & 211.
Baſinus Bernardus. pag. 274.
Beatus Joh. Franciſcus. pag. 228.

Belgae ſcalpturae, ſeu caelaturae inventores. pag. 1.
Beſichen Joh. Typographus Romanus. pag. 119.
Bibliorum ſacrorum prima editio qualis? pag. 3., & ſeqq.
Biffus Johannes. pag. 258.
Biragus Lapus. pag. 215.
Blondus Flavius. pag. 210.
Bonacorſus Lucas Joh. pag. 231.
Bonincontrus Laurentius. pag. 257., & 272.
Bononiae quo tempore ars Typographica inſtituta? p. 48.
Borgia Stephanus. pag. 99.
de Brendis Joh. Bapt. pag. 201.
Bukink Arnoldus Typographus Romanus. pag. 116.
Burchardus Johannes. pag. 260.
de Burgo Paullus. pag. 134.
de Butrio Antonius. pag. 183.
de Buxis Joh. Andreas Epiſ. Alerienſis Typographiae Conradi, & Arnoldi correctior. pag. 28., & 73.

C

Caelaturae inventio Belgis adſcribenda. pag. 1.
Calderinus Johannes. pag. 188., 205., 207., 208., 209., & 215.
Campanus Joh. Antonius Typographiae Ulrici Han correctior. pag. 27., 74., 108., 141., 152., & 281.
Campharus Jacobus. pag. 199.
Caracciolus Robertus. pag. 178.
de Caravaial Bernardinus. pag. 252.
de Caſtro Paullus. pag. 200.
Cavalca Dominicus. pag. 186.
Chaldaici characteres Romae primum elaborati. pag. 96.
Chartam perfecerunt Typographi Romani. pag. 9.
Charţarum varia genera. pag. 11.
Cillenius Bernardinus. pag. 224.

Cneius Angelus. pag. 203., & 205.
de Columna Aegidius. pag. 251.
de Corduba Ferdinandus. pag. 239.
Coriolanus Ambrosius. *Vid.* de Massaris.
Culmeus Paullus. pag. 242., & 259.
Custodes apud Venetos induxit Joh. de Spira. pag. 10.

D

de Dominicis Dominicus. pag. 203.
Donatus pro puerulis primus liber Sublaci editus. pagina 64., 123., & 136.
Dorniberg Thomas. pag. 188.
Durantus Guilelmus. pag. 204.

E

de Enyngen Joh. Reinhardus. *Vid.* Reinhardus.

F

Fanum Fortunae dedit primordia Typographiae Arabicae. pag. 13.
Faustus Joh. socius Joh. Guttemberg Typographiae inventoris. pag. 2.
Fernus Michael. pag. 281., & 283.
Flemingus Robertus. pag. 239.
Frank Eucharius Typographus Romanus. pag. 117., 228., & 245.
Fritagius Andreas Typographus Romanus incertus. p. 120.
Fulginium Typographiam cito obtinuit. pag. 98., & 136.

G

Gallettius Petrus Aloysius. pag. 272., & 276.
Gallus Lupus Typographus Romanus. pag. 115.
Gallus Ulricus, vel Udalricus, dictus etiam cognomine Han inter primos Romae Typographos. pag. 24., 25., 27., 29., & seqq., tum 61., 65., 71., 91., 105., 141., 152., 173., 183., 203., 218., 219., 221., 253., & 289.

Gam-

Gambilionus Angelus. pag. 189.
Garsias Petrus. pag. 269.
Gaza Theodorus. pag. 73., 211., 222., & 246.
de S. Geminiano Dominicus. pag. 174.
de Genazano Marianus. pag. 266.
Gensberg Joh. Typographus Romanus. pag. 113.
Geraldinus Antonius. pag. 262., & 263.
Germani perfecerunt atramentum. p. 9.
Germani Typographicae artis inventores. pag. 1., & 22.
Golsch Bartholomaeus Typographus Romanus. pag. 113.
Graecorum opera prima edita Mediolani, pag. 12.
Gregorius XIII. artem Typographicam perfecit. pag. 96., & 97.
Gregorius Typhernas. pag. 169.
Guarinus Veronensis. pag. 168.
Guldinbech Bartholomaeus Typographus Romanus. p. 114.
Guttemberg Joh. prima Typographiae fundamenta jecit. pag. 2.

H

Han Udalricus. *Vid.* Gallus Udalricus.
Hanheymer Nicolaus Typographus Romanus. pag. 114.
Hebraica opera prima edita Pisauri. pag. 12.
Herolt Georgius Typographus Romanus. pag. 117.
Hugo Joh. Typographus Romanus. pag. 118.

I

Japponensium Typographia. pag. 14.
Jensonius Nicolaus Typographus Parisiensis Venetias profectus. pag. 42.
de Imola Johannes. pag. 209.
Inghiramius Thomas Phaedrus. pag. 272.
Justinianus Bernardus. pag. 174.

L

Lactantii Firmiani editiones. pag. 154. La-

Lactantius Placidus. pag. 215.
Laetus Julius Pomponius Typographiae Georgii Laver corrector. pag. 85., 110., 166., 248., 270., 281., & 296.
Ejus Bibliotheca. pag. 140.
a Laudenbochio Joh. peritior Conradi, & Arnoldi operarius. pag. 69., & seqq.
Laver Georgius inter primos Romanos Typographos. pag. 85., 109., 162., 182., 242., 291., & 293.
Leonicenus Omnibonus. pag. 225.
de Lignamine Joh. Philippus editor variorum librorum. pag. 88., 111., 142., 173., 226., 252., & 246.
Litteras capitales excogitavit Schoiffer. pag. 9.
Livii versio Italica. pag. 230.
de Luca Simon Nicolai Typographus Romanus. pagina 110., & 221.
Lucius Jacobus. pag. 260.
Luctatius Placidus. *Vid.* Lactantius.
Lupus Nicolaus Typographus Romanus. pag. 116.
de Lyra Nicolaus. pag. 177.

M

Mancinellus Antonius. pag. 267.
Manilae Typographia. pag. 15.
Maphaeus Lucidus Fazinius. pag. 209.
de S. Maria Paullus. *Vid.* de Burgo.
de S. Maria Rodericus. pag. 237.
Mariottius Augustinus. pag. 284.
de Massaris Ambrosius. pag. 247.
Mataratius Franciscus. *Vid.* Maturantius.
Maturantius Franciscus. pag. 215.
Maximi Petrus, & Franciscus primi Romae exceperunt Germanos Typographos. pag. 67., & 100.

Mayer Sigiſmundus Typographus Romanus. pag. 120.
Mediolani prima edita Graecorum opera. pag. 12.
Mediolani quo tempore ars Typographica inſtituta? p. 53.
de Millis Johannes. *Vid.* Aemilius.
Miſſalium prima editio. pag. 218.
Moguntiae qui liber primo editus? pag. 9.
Moguntiae tumultus cauſſam dederunt emigrationi artificum Typographicorum. pag. 12.
de Montalto Adamus. pag. 171.

N

Neapolitana Academia origo Romanae. pag. 95.
Nicolaus V. de Vaticana Bibliotheca optime meritus. pag. 172.

O

Olearius Godefridus notatus. pag. 21.
de Orſinis Aemilianus primus artis Typographicae inſtitutor Fulginii. pag. 98.
Ovidii operum prima Romana editio. pag. 166.

P

Palmerius Mathias. pag. 163.
Pannartz Arnoldus unus ex primis, qui Romae Typographiam exercuit. pag. 23., & ſeqq., tum 61., 102., 229., & 242.
Perottus Nicolaus. p. 158., 205., 207., 209., & 223.
de Perſona Chriſtophorus. pag. 234., & 246.
Pflug Leonardus Typographus Romanus. pag. 112.
Philelphus Franciſcus. pag. 226.
de Piccolomineis Auguſtinus Patricius. pag. 259.
Picus Johannes. pag. 264.
Pintor Petrus. pag. 287.
Piſauri prima edita Hebraica opera. pag. 12.
Planch Stephanus Typographus Romanus. p. 118., & 288.

Platina Bartholomaeus Typographiae Georgii Laver corrector. pag. 85., & seqq., tum 110., & 215.
de Ponte Oldradus. pag. 189.

Q

Quirinus Angelus M. Card. laudatus. pag. 31., 62., 71., & passim.
Suppletus. pag. 153., 168., & 175.
Notatus. pag. 65., 78., & 162.

R

Rallus Manilius. pag. 223., & 238.
Raudensis Antonius. pag. 128., & 154.
Registrum chartarum induxerunt Typographi Romani. pag. 10.
Reinhardus Joh. Typographus Romanus. p. 114., & 222.
Rezzonicus a Turre Antonius Josepus. pag. 192.
Romam primum ex Germania migravit ars Typographica. pag. 22., 60., & 71.
de Rossi Joh. Bernardus laudatus. pag. 13.
de Rossonibus Dinus. pag. 188.
Rot Adam Typographus Romanus. pag. 111., 170., 184., & 190.

S

Sancius de Arevalo Rodericus. pag. 129.
Saschel Georgius. pag. 112.
Scalpturae inventio Belgis adscribenda. *Vid.* Caelaturae inventio.
Schenchecher Theobaldus Typographus Romanus. p. 113.
Scheurener Joh. Typographus Romanus. pa. 114.
Schoiffer Petrus Joh. Guttembergii successor. p. 8., & 289.
Excogitavit litteras capitales. pag. 9.
de Senis Federicus. pag. 183.
Signaturas introduxit Parisiis Ulric Gering. pag. 9.

In-

Introduxit apud Helvetios Elias Louffen. ibid.
Silbert Eucharius. *Vid.* Frank.
Sixtus V. de Typographia optime meritus. pag. 97.
Sophianus Nicolaus. pag. 244.
de Spira Johannes primus inter Venetos Typographiam exercuit. pag. 38., & 45.
Sublaci in agro Romano quo tempore inſtituta ars Typographica? pag. 12., & 60.
Sucius Petrus. *Vid.* de Vicentia.
Sulpitius Johannes. pag. 267., & 296.
Sweynheym Conradus unus ex primis, qui Romae Typographiam exercuit. pag. 23., & ſeqq., tum 61., & 99.

T

Tagalenſis character Manilae impreſſus. pag. 15.
Theliatius Stephanus. pag. 248.
Tiraboſchius Hieronymus notatus. p. 57., 192., & 195.
Tortellius Johannes. pag. 171.
Trebia oppidum Umbriae Typographiam cito obtinuit. pag. 98., & 136.
e Trevio Johannes. pag. 187., & 200.
Triumphus Auguſtinus. pag. 242.
de Tudeſchis Nicolaus. pag. 207.
de Turre Petrus Typographus Romanus. pag. 119.
Tuſcanus Joh. Aloyſius. pag. 186., & 204.
Typographia apud Bononienſes quo tempore inſtituta? pag. 48., & 53.
Typographia apud Japponenſes. pag. 14.
Typographia apud Manilae urbem. pag. 15.
Typographia apud Mediolanenſes quo tempore inſtituta? pag. 53.
Typographia apud Venetos quo tempore invecta? pagina 34., & ſeqq. Ty-

Typographiae fundamenta prima a Joh. Guttemberg jacta. pag. 2.
Typographiae inventio Germanis adscribenda. p. 1., & 22.

V

Valla Laurentius. pag. 172.
de Valle Laelius. pag. 211.
de Valle Nicolaus. pag. 165., & 211.
Varro Guillelmus. pag. 281.
Venetiarum laudes. pag. 160.
Venetiis quo tempore instituta ars Typographica? pegina 34., & seqq.
Verardus Bartholinus. pag. 280.
Verardus Carolus. pag. 275., & 280.
Vernazza Josephus. pag. 292.
de Vicentia Petrus. pag. 271.
Virgilii variae editiones. pag. 150.
Ulmius Paullus. *Vid.* Culmeus.
de Willa Windelinus Typographus Romanus. pag. 113.

Z

Zabarella Franciscus. pag. 239.
Zacharias Franc. Antonius. pag. 214., & 219.
Zarolus Typographus Mediolanensis. pag. 218.

F I N I S.

ER-

ERRATA	CORRIGE.
pag. 23. Svvenheym.	Svveynheym
pag. 38. CICEROUIS	CICERONIS.
pag. 42. Venetiis	Venetias.
pag. 47. diffidente	diffitente.
pag. ead. non adoptaſſe	adoptaſſet.
pag. 68. maditationibus	meditationibus.
pag. 94. POMPNII	POMPEII.
pag. 113. GOLSEH	GOLSCH.
pag. 120. SIGISMUDUS	SIGISMUNDUS,
pag. 125. preſertim	praeſertim.
pag. 132. CHRISOSTOMO	CHRYSOSTOMUS,
pag. 137. *Palentiae*	*Valentiae*.
pag. 139. *Comentariis*	*Commentariis*.
ibid. JOHANRE	JOHANNE,

ABSOLVTVM. EST. HOC. OPVS
DE. ROMANA. TYPOGRAPHIA. SAEC. XV
CVRA. ET. STVDIO. FRANCISCI. XAVERII. LAIRE
SEQVANI. BVRGVNDI
EX. MINIMORVM. FAMILIA
ROMAE. IN. TYPOGRAPHIO. ZEMPELIANO
APVD. MONTEM. IORDANVM
KALENDIS. SEXTILIBVS. ANNI. CIↃIↃCCLXXVIII
AC. IV. PONTIFICATVS. SSMI. D. N. PAPAE
PII. SEXTI
QVI. MVLTIS. ANNIS. VIVAT. FLOREAT. IMPERET

BOSTON PUBLIC LIBRARY
3 9999 06724 895 3